






DGCL
A

T 36793
C 1042828

INSTITUTO DE VALENCIA DE DON JUAN

EL OBISPADO DE BURGOS

Y

CASTILLA PRIMITIVA

DESDE EL SIGLO V AL XIII

POR

DON LUCIANO SERRANO, O. S. B.

ABAD DE SILOS

TOMO TERCERO



MADRID

1936

R. 30919

-477-89-2-h-

EL OBISPADO DE BURGOS
Y
CASTILLA PRIMITIVA

INSTITUTO DE VALENCIA DE DON JUAN

EL OBISPADO DE BURGOS

Y

CASTILLA PRIMITIVA

DESDE EL SIGLO V AL XIII

POR

DON LUCIANO SERRANO, O. S. B.

ABAD DE SILOS

TOMO TERCERO



MADRID

1935

=====

ES PROPIEDAD

=====

COPYRIGHT 1935 BY INSTITUTO DE VALENCIA
— DE DON JUAN. — MADRID (ESPAÑA). —

PRINTED IN SPAIN

PUBLICADO CON LA COOPERACIÓN DE
LA «HISPANIC SOCIETY OF AMERICA»,
———— DE NEW YORK ————

NOTA PREVIA

TODA la documentación contenida en este tomo, procede del Archivo Catedral de Burgos, a excepción de una escritura del rey Sancho II que se guarda en el Archivo Histórico Nacional de Madrid. Constituyendo en sí mismo un fondo histórico de importancia, representa también la genuina Crónica del obispado desde mediados del siglo XI hasta principios del XIII. Comprende el texto íntegro de todos los documentos, ya sean originales, ya copias simples, que existen en el Archivo Catedralicio con fecha anterior al reinado de Alfonso VIII. Para los de época posterior, hemos debido acudir a una selección en vista de su crecido número y de la menor importancia histórica de muchos de ellos; se han incluido, sin embargo, todos los diplomas reales, bulas pontificias, conciertos episcopales y otras escrituras de notorio interés. De las omitidas, unas son aprovechadas como anotaciones a los documentos publicados; otras quedan por completo en silencio, y se refieren principalmente a adquisiciones de casas y otros bienes del cabildo catedralicio, de carácter particular, que han servido, cuando más, para esclarecer la biografía de algunos personajes, de los cuales se trata en el tomo segundo de esta obra.

Al catalogarse el Archivo Catedralicio durante la

última mitad del siglo XVIII, se recogieron todos los documentos antiguos, mezclados con otros modernos, en una serie de tomos que se titulan *Volúmenes*; en ella se agrupan según los pueblos, abadías o fundaciones, dispuestos por orden alfabético, todos los referentes a la hacienda poseída por la mesa episcopal y el cabildo catedralicio. Esta catalogación se efectuó con vistas puramente administrativas: en modo alguno se tuvo cuenta del interés histórico de los documentos ni, por ende, fueron dispuestos en orden seguido de mayor a menor antigüedad, ni por secciones, v. gr., de documentos reales, bulas, escrituras privadas y otras subdivisiones, hoy usuales en la catalogación de archivos.

Bajo el número 70 y 71 de esta serie de volúmenes se registran los dos *Libros Beceros* de la catedral, donde se transcriben varias escrituras cuyo original ha desaparecido. El primero de dichos libros es un infolio en pergamino, de cuarenta hojas, escrito a dos columnas durante el primer tercio del siglo XIII. Contiene un total de doscientos sesenta y un documentos, de los cuales pertenecen ciento ochenta al primer tercio de dicha centuria. Podría titularse *Becerro del cabildo catedralicio*, pues está dedicado a escrituras de venta, pertenecientes exclusivamente a la mesa capitular. Posteriormente se transcribieron varias, de fecha posterior a 1240. El volumen 71 corresponde en general al *Becerro de la mesa episcopal*. Es un conglomerado de varios cuadernos, escritos a dos columnas y en distintas épocas durante los siglos XII y XIII; infolio de 140 hojas cuyas escrituras van numeradas y suman unas 196. Los números 1-32 corresponden a confirmaciones reales expedidas en el siglo XIII; los 33-50 son composiciones o avenencias del obispo con cabildos, iglesias y monasterios de la diócesis; los 51-110, bulas

pontificias; los 111-142, documentos reales; los 142 hasta el fin, documentos reales y particulares, transcritos durante el reinado de Alfonso VIII. Los últimos folios son una adición del siglo XIV. El P. Flórez tuvo en Madrid estos dos *Becerro*s, y ateniéndose casi exclusivamente a ellos escribió los tomos XXVI y XXVII de *España Sagrada*; por ende desconoció otros documentos, no transcritos en dichos *Becerro*s, que por cierto no son los de menos interés histórico, y hubieran aclarado muchos puntos que el esclarecido autor no pudo desenmarañar en su obra.

Publicanse tres apéndices, como complemento de la colección diplomática. Titúlase el primero *Obituario de la catedral*. No existe en tomo separado, sino en calidad de anotaciones al *Martirologio*, escrito a principios del siglo XIV; los óbitos que se mencionan suelen serlo de personajes que dejaron alguna fundación pía en la catedral o fueron sus bienhechores; al mismo tiempo que se anunciaban diariamente los santos conmemorados al día siguiente, se recordaban las memorias y aniversarios correspondientes al mismo. El segundo apéndice es una nota histórica, escrita a principios del siglo XV, donde se teje el catálogo de los obispos de Burgos desde el siglo XI, señalando el lugar de su sepultura, y se mencionan otros obispos por quienes se celebraban memorias en la catedral. El tercer apéndice lo constituyen unas notas astronómicas, escritas en lengua latina, que aparecen en el *Martirologio* al principio de cada mes.

Con el mayor agradecimiento hacemos constar aquí las benévolas facilidades que tanto el excelentísimo señor arzobispo de Burgos, doctor D. Manuel de Castro y Alonso, como su cabildo metropolitano nos han dado para llevar a cabo la laboriosa transcripción de estos documentos.

CARTULARIO
DE LA
CATEDRAL DE BURGOS

1.

El monasterio de San Adrián de Juarros adquiere el derecho de Obeco, García y Urraca, hija de éste, sobre un molino sito en Cuzcurrita de Juarros. — Marzo 1 de 970.

(«Bec. de Ibeas», fol. 3; Arch. Hist. Nac., «Doc. de Ibeas», n. 1, copia de los siglos X-XI.)

In Dei nomine. — Ego Obeco et ego Gartia, una pariter cum filia mea Urraka, nullis quoque gentis inperio nec suadentis articulis sit conplacuit nobis atque convenimus si vendimus ad tivi Obeco abbate et ad collegio de aula S. Adriani ¹ et ad confessores de S. Adriani in molino que dicitur Fonte de Nafarra, quod est in ribo de Ebeia, usque ad caput de XV dies II dies et duas noctes; illo molino infra terminos de villa que dicitur Coscorrita; et pro ipsas bezes de ipso molino accepimus de vos pretium X solidos argenzos; de ipso pretio aput vos non remansit devito. Ita desodie die vel tempore de nostro iure in bestro iure abeatis ipsas vezes de ipso molino, sic vos quomodo aliquio abbate et confessores qui inventus fuerit in collegio S. Adriani. Et si aliquis homo hunc nostro factu ad disrumpendum venerit, nos ipsos, filiis nostris, germanis, extraneis, subrinis, subrogata persona qui voce levantare pro ipsas bezes de ipso molino aut iudicio copulare voluerit, duplet ipsas bezes de ipso in

¹ Este monasterio perteneció después, por partes iguales, a los de San Juan de Burgos y San Cristóbal de Ibeas (A. ANDRÉS, *El monasterio de San Juan de Burgos*, en *Bol. Ac. Hist.*, t. LXXI, p. 121; *E. S.*, t. XXVII, p. 162; *Documentos de San Cristóbal de Ibeas*).

simile tale loco, et ad pars de tivi Obeco abbate et ad confessores de S. Adriani, et ad pars potestas Gondesalbo Gudestioz in cauto pariet XXX solidos argenzos, et vindictio pro scriptura facta et roborata plena abeant firmitate.

Facta karta scriptura conparationis die notu III feria ipsas kalendas marcias, erat (*sic*) MVIII, rex Rademiro in Legionem et comite Garzia Fredenandez in Castella. Ego Obeco et ego Gazia (*sic*) et ego Urraka, qui hanc carta scriptura cognitu fierit boluimus, legente audivimus, † roboravimus coram testes. Beila presbiter hic roboravit. Bilisqui hic testis † roboravi. Armentero hic testis, † roboravi. Ystas sunt bezes de fratres de S. Adriani VIII dies et VIII noctes, et de eredes II dies, II noctes, in istas IV^o oras III maquilas ad fratres de S. Adriani. Zite Rege scripsit.

2.

El caballero Gonzalo Gustios y su mujer venden al monasterio de San Adrián de Juarros la tercera parte del molino nombrado en la escritura anterior. — Septiembre 24 de 971.

(«Bec. de Ibeas», fol. 3; Arch. Hist. Nac., «Doc. de Ibeas», n. 2, copia de los siglos X-XI.)

In Dei nomine. — Magnus est titulus conparationis quam nullus homo in suis actibus disrumpere potest. Ego Gondesalbo Gudestioz ¹ et uxor mea Prollina, nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulum sed propria nobis accensit voluntas ut vendivimus ad tivi Obeco abbas vel ad tuos fratres de S. Adriani, qui ibidem fuerunt, vendivimus tertia parte de molino qui est a la Fonte de Nafarruri cum sua aqua indutile et suo curriculum cum suo termino molino pro annale la rratione de Gartia Arguiscoz; et accepimus de

¹ Sobre este personaje véase *Cart. de Cardena*, pp. 6, 8, 11, 41, etc.

vobis pretium quanto nobis bene conplacuit octo solidos argenzos, et iam de ipso pretio apud vobis nicil non remansit devito pro dare; desodie die vel tempore habeatis, teneatis tam vos vel qui ibidem fuerint in Sancte Adriane, nullusque vos reppetierit vel contradica, sed si quis aliquis homo de me Gondesalbo Gudestioz aut io aut filius meus vel neptis aut germanis aut subrinis vel aliquis homo de aliquis parte hanc scripturam ad disrumpendum venerit, quomodo pariet ipsa tertia parte de ipso molino duplato, in cocto XXX solidos, medios ad potestas, medios ad fratres de S. Adriani; et scripta ista plena abeant firmitate.

Facta cartula conparationis vel vindictionis sub die quod erit notum VIII kalendas octobris ¹ in era millesima VIII^a, rege Rademiro in Legione et comite Garzia Fredenandiz in Castilla. Ego Gondesalbo Gudestioz et uxor mea Prollina, qui hanc cartulam fieri boluimus, relegendo audivimus, manus nostras signum fecimus †, et testibus tradimus ad rovorandum. Beila Beilaz ic testis, et Obeco Albaroz ic testis. Belasquo Tellez ic testis. Bela presbiter hic testis. Vilisqui ic testis. Munio presbiter, scripsit.

3.

El conde de Castilla Garci Fernández y su mujer Ava otorgan al monasterio de Berlangas la iglesia patrimonial de Santa María de Ormaza. — Enero 6 de 975.

(Vol. 71, n. 160; «Cart. de Arlanza», p. 84.)

In nomine ingeniti prolisque ac prodecentis, unus semper natura Deitatis. — Ego Garsea Fredinandi sive Ava comitissa placuit nobis atque convenimus, nullius quoque cogenitis imperio neque alicuius subducens articulo sed pro nostra propria voluntate et pro remedio animarum nostrarum et remissione peccatorum nostrorum, donamus atque con-

¹ Esta palabra es de dudosa lectura.

cedimus nostrum monasterium Sancte Marie, quod est in flumine de Ormaça inter Orbanelia ¹ et Villagutier et Lagareius ², cum suis terris, vineis, ortis, pomiferis, molendinos, ganato, argento, ropa, ad integrum donamus atque concedimus ad monasterium quod situm est in ripa fluminis Aslance, locum pronommatum Baralanicas, reliquie namque residentis loci illius Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancta Maria puerpera virgo, et Belasco abba cum connexibus fratribus simul, ut habeatis, teneatis atque defendatis usque in perpetuum habitatura (*sic*). Si quis tamen ex hodierno die, sive ego Garsia Ferdinandi comite sive Ava cometissa aut filius aut aliquis homo, hunc testamentum nostrum inquietare voluerit aut ad dirumpendum venerit, repentinum incurrat iudicium dampnabilis, ab utrisque privetur (*sic*), et corpus eius non recipiat terra sed cum Juda traditore in ima baratri dimergatur, et CC. libras aureas a parte comitis conferat, et hoc meum factum plenum roborem firmitatis obtineat.

Facta carta donationis vel confirmationis die noto III^a feria, VIII^o idus januarii ³, era M^a X^a III^a, regnante rege Ramiro in Legione. Et Garsias Ferdinandi comes sive Ava cometissa, qui hanc cartam fieri iussimus, relegendem audivimus et manibus propriis sigillum impressimus atque aliis roborare permisimus. Rudericus Gonsalviç, cf. Hanne Obeçoçe, cf. Fernando Armentaleç, cf. Munio Mutariç, cf. Nunno Ovecçoç, cf. Garsias Lupi, cf. Bela Didaç, cf. Munio Ruderici, cf. Gaudela presbiter, cf. Braboliu abba, cf. Damianus abba, cf. Sendinus abba, cf. Ordonius abba, cf. Bravoliu exaravit. Belasco episcopo, cf. ⁴

¹ Este pueblo no existe; fué propiedad del monasterio de Hornillos en el siglo XII.

² No conocemos otra escritura donde sea nombrado este pueblo.

³ Está equivocado el día de la semana; debiera decir miércoles, en vez de martes.

⁴ En 1042 se dió a Arlanza la mitad de este monasterio (*Cart. de Arlanza*, p. 83); en 1092 Muño Ansúrez cede a la catedral su partija en el mismo. En el siglo XIV no poseía nada en esta iglesia-monasterio la abadía de Arlanza.

4.

Tello Muñoz y su mujer Apalla dan a la abadía de San Quirce su partija en Quintanaseca. — Noviembre 28 de 1053.

(Vol. 34, nº 278, copia coetánea; «Cart. de Arlanza», p. 85; «Cart. de El Moral», p. 3.)

XPS. — In nomine sancte et individue Trinitatis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, amen. Quod corde credimus et ore proferimus, ego Teillo Munioz et uxor mea Appalla tibi Salvatoris abba vel omne collegio monachorum in sancto-
rum Quirici et Julite et S. Micahelis Arcangeli ibidem degen-
tium ¹; certum est quo tempus mortalem ducimus, quia
nec nobimus quando in hac luce venimus, nec scire vale-
mus quando de hac vita transimus, quia dignum est valde
ut dum adhuc in corpore viget homo ut id quod posidet
aliquit disponat unde ad vitam eternam perveniat, et post-
modum nulla exinde auriatur intentio. Ita iam supra nomi-
nato Teillo Munioz ² et uxor mea Apalla sic mittimus nostra
divisa propria, que habimus in villa cui vozitant Quintana
seca ³, et ipsa divisa cum suos exitos et regresitus in mon-
tes ligniferis, in pratis pasquivilis, habeatis, teneatis, vindi-
cetis atque defendatis ut nullus homo pro id inquietare vos
presumat. Si quis sane, etc.; et fiat super eum consummatio
quam fuit super Datan et Abirom quam terra vibos absor-
buit, etc.

Facta cartula confirmationis notum die feria IV kalen-
das decembris, era M^a LXXXXI^a, regnante rex Fredinandus

¹ Se trata de la abadía de San Quirce, en la vecindad de Cubillo del Campo.

² Sobre este personaje, *Cart. de Cardeña*, p. 14; *Cart. de Arlanza*, pp. 46 y 85.

³ Este nombre suena como el de una propiedad de San Quirce en el *Becerro de Behetrias* y en otros documentos de la abadía.

in Kastella et Legione. Ego Teillo Munioz et uxor mea Appalla, qui hanc carta legiente audimus et de manus nostras † roborabimus. Episcopo domno Gomiz, hic roborabi. Didaco Albariz, hic roborabit. Nuno Munioz, hic roborabi. Flagino Gundissalbiz † feci et roborabi ¹. Cristuebal, hic roborabi. Albaro, hic roborabi. Nuno presbiter exaravit ².

5.

Vela Ovèquez cede al obispo Jimeno y su catedral de Santa María toda su propiedad en Burgos, dejando opción a sus hijos para tenerla arrendada de dicho obispo solamente los días de su vida. — Año 1060.

(Vol. 71, n° 177.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Vela Ovechez pro remedio anime mee atque parentum meorum do et concedo Deo et Sanctę Marie et tibi Simeoni episcopo omnem meam hereditatem quam habeo in Burgos, terrarum, vinearum atque domorum, ut habeatis et possideatis vos et successores vestri iure

¹ Véase *Cart. de Arlanza*, pp. 85, 93, 99; *Cart. de. Cardaña*, p. 185.

² Por otra escritura de la misma fecha, Tello y su mujer dan a San Quirce «nostra divisa propria que habimus in villa que vocitant Cupello de Nofur». Testigos: «Episcopo domno Gomiz, Didaco Albariz, Flagino Gondissalbiz, Gosmendo, Munio Julianiz, domno Gosmendo presbiter, Munionis presbiter exarabit.» Por otra de igual fecha conceden su divisa en Revilla del Campo: «Episcopo domno Gomiz, Didaco Albaroz, Nuno Munioz, Flagino Gundissalbiz, Munio Fanusze, Dominico, Nuno presbiter exaravit.» Finalmente, por la cuarta otorgan su divisa en «Cupello de Munio Sesnando»: «Obispo Gómez, Flagino Gundissalbiz, Flagino López, Veila Nunez, Munio Telluz, Bartolomei presbiter exarabit.» Misma fecha (*Arch. de la Catedral*, vol. 34, fol. 279).

perpetuo, sub tali videlicet pacto ut si quis filiorum meorum tibi vel successoribus tuis voluerit servire pro ea, abeat in vita sua, ita tamen quod post mortem suam integre et absque ulla inquietudine remanea (*sic*) Deo et Sanctę Marie. Facta carta era M^a LXXXVIII, regnante rege Fredinando in Castella. Huius rei testes: Salvator Johannes, ts. Annaia Forforgo, ts. Julianus, ts. Dominicus Gonzalviç, ts. Fredinandus Julianec, ts.

6.

Sancho II de Castilla da a Bermudo Gutiérrez y su mujer Godina toda su propiedad en La Rebolleda, declarándola inmune y libre de todo fuero malo. — Enero 1 de 1068.

(Arch. Hist. Nac., «Rebolleda» [Burgos], orig. perg.)

† XPS. — Sub Christi nomine. Hec est cartula concessionis quam facio ego Santius rex Castelle ex mea voluntate propria ad vos Vermudo Gutierrez et ad vos domna Gotina de illa mea hereditate quam habeo in Repolleta ¹, sic de mea propria quomodo et illa que fuit de illos meos populos, cum suos solares et cum tota sua pertinencia, ut ab isto die ad in antea ab omni integritate sit vobis et filiis vestris ingenuam cum terris et vineis, ortis vel pratis, molinis sive aquis vel fontibus, etiam et montes necnon et valles vel ecclesias tam eremas quam et populas, et cum omnes eorum introitus et exitus vel terminis. Necnon concedo illam vobis liberam sine sigillo et sine saione et sine omicidio vel etiam absque ullo fuero malo, et cum quale directo pertinet in auctoritate regis ita et in vestra maneat potestate, ut tam in vita quam et in morte quicquid ex ea placuerit vobis facere faciatis, et cum suos solares tam eremos quam et populos. Et si quod absit aliquis hunc meum factum

¹ La Rebolleda, pueblo cercano a Mave, no lejos del Pisuerga; el nombre de su iglesia de San Esteban consta al dorso del presente documento.

disrumpere voluerit, vel hanc hereditatem vobis subtraere quesierit, excommunicatus et maledictus et condemnatus maneat a catholica fide, et meum scriptum firmis et stabilis maneat per secula cuncta.

Facta carta donationis die III feria, V nonas januarii, era M.CVI corrente ¹. Ego Santius, superius dictus rex Castelle, qui hanc cartam fieri iussi et legendo audivi, coram testibus de manu mea signum † inieci et rovoravi, et testibus ad roborandum tradidi. (*Signo del rey*): Santius rex, cf. Simeon Burgensis episcopus, cf. — 1^a col. Roderico Vermudiz, ts. Didaco Alvariz, ts. Fredinando Rodriz, ts. Gundisalvo Salvatoriz, ts. Gundonio Alvariz, ts. Ordonio Ordoniz, ts. Didaco Gundisalviz, ts. Garsea Ordoniz, ts. Alvaro Salvatoriz, ts. — 2^a col. Han Hannez, ts. Alvaro Gundisalviz, ts. Fredinando Petríz, ts. Garsea Munnioz, ts. Roderico Didaz, ts. Alvaro Didaz, ts. Vermudo Vermudiz, ts. Vermudo Roderiz, ts. Gutierre Roderiz, ts. Vincentius scripsit. V. S. (*Signo*.)

7.

Sancho II restaura la antigua sede de Oca y la dota con bienes e iglesias sitos fuera del territorio de Oca, Bureba y primitiva Castilla la Vieja, a los cuales otorga especiales exenciones de inmunidad, repoblación y exención de tributos fiscales. — Marzo 18 de 1068.

(Vol. 37, fol. 501, original; «Cart. de El Moral», p. 1; «E. S.», t. XXVI, p. 450.)

† XPS. — In nomine Domini unius et trini, mundi pro redemptione sanguinis unda restituti. Ego Sancius, rex Castellę, pro amore Dei et pro remissione peccatorum meorum et

¹ Curioso modo de fechar: el mes de enero no tiene V nonas; de tenerle correspondería al 1 de enero, y efectivamente el 1 de enero de 1068 era martes, como dice el documento.

pro animabus parentuum meorum facio testamenti privilegium ad Aucensem episcopium et vobis domino meo Symeoni episcopo, sic de rebus adquisitis episcopii, que ab antecessoribus vestris adquisite sunt, quam etiam et de parvis muneribus que omnipotenti Deo offero presens. Quia quamvis prefatam sedem a multis temporibus desolata iacet et non possum ad integrum restaurare, tamen in renovatione ipsius episcopii concedo parvusculam partem, scilicet, offero in primis S. Petri de Varelancas monasterium cum rebus et hereditatibus que ad eum pertinent; et monasterium S. Quirici cum omnibus rebus et hereditatibus que ad eum pertinent; et in sub Burgense urbe concedo Villairicium ad integrum cum sernis, vineis et terminis que ad eam pertinent extra illos monasterios S. Martini et S. Tome, que sunt de S. Petro de Caradigna et de S. Petro de Aslanza, cum suis hereditatibus et suis adiacentiis que ad eos pertinent. Et in Villa Gundisalvo cellam S. Vincenti cum sua veritate, et in eadem villa ecclesiam que vocitant Sancte Lucie cum omnibus suis adiacentiis. Et in villa Essoc ecclesia cum suis adiacentiis. Et in villa que vocitant Uter de Alios cellam Sancte Marie cum suis adiacentiis.

Et in Rigo de Ovirna, in Villa Gonsalvo suam ecclesiam cum suis adiacentiis, et in Ripiella suam ecclesiam cum suis adiacentiis, et in Ataporka duas ecclesias cum suis adiacentiis, et in Burgensem civitatem ecclesiam S. Laurentii cum rebus que ad eam pertinent, et in Varrio de Areas ecclesiam S. Petri cum suis rebus et suis hereditatibus, et illas ecclesias de ipsa civitate cum suis rebus, et villa Quintana donnas ad integrum cum suis sernis et vineis et pratis et terminis que ad eam conveniunt, et Rekesciolo ad integrum cum suis terminis et suis molendinis et viginti arenzatas de vineis, et in Spinosa cellulam S. Johani cum suis rebus et hereditatibus. Et in Cautar cellulam S. Michaelis cum omnibus suis hereditatibus et adiacentiis, et in Motua cellam Sancte Marie cum hereditatibus et adiacentiis suis, et in Alhoz de Ovirna cellam Sancte Centolle cum omnibus suis rebus et hereditatibus ¹.

¹ Estaba situada en Villalbilla Sobresierra.

Et in alhoz de Aslanzon monasterium S. Michaelis de Haraluzeia ¹, et in Alkozero concedo domnum Johanem presbiterum cum suis domibus et hereditatibus vel rebus omnibus que possidet; et in eadem villa ecclesiam sitam in honore Sancte Crucis cum omnibus suis adiacentiis. Et in civitate de Munio monasterium S. Adriani cum quanto ad eum pertinent, et monasterium S. Stephani cum suis rebus et hereditatibus ad integrum, et cellam S. Antonini ad integrum cum suis rebus et suis hereditatibus. Et in Mitiniella suam ecclesiam cum suis adiacentiis, et in Petrosa uno solare cum suo homine, et illam ecclesiam de Villa Gutier cum suis adiacentiis.

Et in Pamplicam cellam S. Martini cum suis adiacentiis; et in Castro monasterium Sancte Marie cum suis rebus et hereditatibus et omnibus suis adiacentiis; et in varrio de Ripiella uno homine cum suas casas, et in Villa Alios monasterium Sancte Marie cum suis rebus et hereditatibus, et in Olmiellos cellam Sancte Columbe cum suis rebus et hereditatibus ad integrum, et in Mazoferrario concedo monasterium S. Michaelis cum suis rebus et hereditatibus et cum suis divisis, et in Villa Didaco cellam S. Christofori cum suis rebus et hereditatibus ad integrum, et in Villa Nonno una divisa. Et in ripa Yberi monasterium Sancte Crucis cum sua veritate. Et in alhoz de Palentia monasterium S. Andree de Vallegeras, et in Valle Ornelio monasterium S. Petri cum suis adiacentiis ².

Et illam ecclesiam de Lerma cum suis adiacentiis; et in Barbatello cellam S. Mametis cum suis rebus et hereditatibus; et in Kannecosa cellam Sancte Marie cum suis adiacentiis; et in S. Stephano de Extremo casas que sunt de episcopatu ³.

¹ Llamóse después abadía de San Miguel de Foncea (Frاندucea, Haraluzeia), y estaba situada en los términos municipales de Arlanzón. Quizá sea la *Cella Faranico* que García de Navarra dió a un clérigo en 1052 (*Cart. de Cardena*, p. 336).

² Palencia quiere decir aquí Palenzuela.

³ *Cart. de El Moral*, p. 1, donde se reproduce este documento, aporta los datos geográficos suficientes acerca de todos los pueblos mencionados en él.

Hec autem omnia suprascripta do Deo ad honorem Aug-
censis episcopatus usque in perpetuum et vobis domno Symeoni vel successoribus vestris sicut possedi et modo possideo, derelicta a parentibus meis. Dono etiam omnes ecclesias parrochiales mee hereditatis sive civitatum sive villarum ut sint concesse potestati vestre; et omnes clerici parrochiales abeant libertatem iuxta ecclesias domos hedificare cum quinta parte hereditatis sue et omni mobile substantie; iuxta vestra vero monasteria concedo licentiam ex advenis et alienigenis et juvenibus inuptis domos hedificare et populare. Adicio autem ut prefate ville vel monasteria vel ecclesias vel divisas, que supra scripte sunt, vel que vos aud successores vestri inquirere poteritis, ut non abeant castellaria aud annubda vel fossatoria, et non patiantur iniuriam saionis neque pro fossato neque pro furto neque pro homicidio neque pro fornicio neque pro aliqua calumnia; et nullus sit ausus inquietare eos pro fossato aud annubda aud labore castelli vel pro aliquo fiscale vel regale servicio. Hec autem que omnipotenti Deo libens offero in omnibus plenissimam firmitatem teneri iubeo.

Si quis vero ex successoribus regum, comitum aud quolibet homo de quavis persona contemtor fuerit, et contra hunc meum factum vel in modicum quadrantem improbus steterit aud disrumpere conaverit, extraneus maneat a catholica fide, reusque sit ante conspectum Domini, et nomen eius deleatur de libro vite, et lugeat damnationem inferni cum Juda Domini proditore, et sit super eum anatema marenata; et in cautum damni secularis mille libras auri persolvat, et hoc quod exquisierit duppliciter restituat; et hoc scriptum firmum et inconvulsibile permaneat.

Facta testamenti cartula XV kalendas aprilis ¹, curren-
te decies centena deciesque dena et ter bina era. Ego memoratus rex Sancius, qui testamenti privilegium facere iussi, coram Deo et coram testibus signum † inieci et roboravi, et testibus ad roborandum tradidi. (*Signo del rey*): Sanctius rex, confirmans. (*Signo del rey*): Adefonsus rex, confir-

¹ Era martes de semana santa.

mans ¹. Munio Segocensis sedis episcopus †, cf. — 1ª col. Didaco Alvariz, cf. Gundisalvo Salvatoriz, cf. Didaco Gundisalviz, cf. Munio Gundisalviz, cf. Vermudo Vermudiz, cf. Rodrico Didaz, cf. Antunino Nunniz, cf. Vermudo Gutierrez, cf. Vermudo Rodriz, cf. Gutier Rodriz, cf. Alvaro Didaz, cf. Garcia Fredinandiz, cf. Rodrigo Alvariz, cf. — 2ª col. Sisebutus abba, cf. Garsea abba, cf. Dominicus abba, cf. Obidius abba, cf. Velasius abba, cf. Joanes abba, cf. — 3ª col. Flaginus, ts. Aper, ts. Dominicus, ts. — 4ª col. Ordonio Ordoniz, cf. Fredinando Rodriz, cf. Gunsalvo Alvariz, cf. Garcia Ordoniz, cf. Alvaro Gundisalviz, cf. Fredinando Petríz, cf. Han Hanniz, cf. Citi Didaz, cf. Garcia Munnioz, cf. Gutier Gunsalviz, cf. Didaco Assuriz, cf. Alvaro Didaz, cf. Didaco Rodriz, cf. Scribens depinxit, Vincentius, qui quod Vincentius hausit † (*Signo.*)

8.

Otra redacción del documento anterior, con adiciones posteriores a 1087, o sea, de las iglesias y bienes del antiguo obispado de Oca, sitios en la primitiva Castilla la Vieja, Valpuesta y Santander, y de otros en territorio del Pisuerga y Arlanza, según el privilegio de confirmación otorgado por Alfonso X el 26 de febrero de 1255.

(Vol. 37, fol. 502, original. Vol. 71, fols. 1-3, y fols. 15-18; «Cart. de El Morals», p. 1.)

Antes de la frase *Et in civitate Munio* inserta la siguiente: *Et in alhoz de Cereso, in villa quem vocitant Quencoba, celam Sancte Marie cum omni sua hereditate, cum exitibus et paschuis, montibus et fontibus ab omni integritate.*

¹ La firma de Alfonso VI pudo ser puesta en época posterior, al tomar posesión del reino de Castilla en 1072. Parece, en efecto, añadida.

Después de *Villa Gutier* omite: Et in Pamplicam cellam S. Martini cum suis adiacentiis.

A continuación de *Castro* añade: Et omnes ecclesias eiusdem ville que ad nos pertinere videntur, et in eadem villa monasterium S. Vincentii de Barcena cum omnibus que ad eum pertinere videntur.

Después de *Monasterium Sancte Crucis* pone: In Palentia cellulam S. Petri cum quanto ad eam pertinet et alias eiusdem ville ecclesias ad integrum. Et in Palentia et in alhoz de Palentia monasterium S. Andree de Vallegeras.

Después de *Sancto Stefano de Extremo* añade: Concedo etiam monasterium Sancte Marie de Valleposita cum omnibus suis obedientiis et cum montibus et cum pascuis et cum terminis a regibus constitutis, et cum Villa Luminoso cum suis terminis a regibus determinatis sicut sonat in regula de Valleposita; et illa villa de Podanzres sicut ille rivus discurrit et dividit per medium ad superiorem partem totum ad integrum. Et illud monasterium de Sancto Torquato de Castilla, ¹ Vetula cum suis obedientiis et cum suos collaços et suos cannares in rivo Ibero; et cellam Sancte Columbe cum totos suos directos et suos collaços. Et in Lausa, Cella Formal cum exitibus et pascuis et molendinis et cum omni sua veritate. Et monasterium de Sancta Maria de Latas cum suis montibus et fontibus et terminis antiquitus constitutis et obedientiis et hereditatibus ad integrum. Et Sancta Maria de Muslera cum suis montibus et hereditatibus et quantum pertinet ad eam ad integrum. Et illam cellulam de las Ermitas de Campo cum suis montibus et cum suas peskeras in Ibero ad integrum. Et illud monasterium S. Petri qui dicitur de Campo cum suis decaneis vel prediis et omnia ibidem pertinentia do atque confirmo. Et illam ecclesiam Sancta Maria de Villa-Sendino cum omnibus que ad eam pertinent, terris, vineis, cultis et incultis. Et monasterium S. Salvato-

¹ Según un documento de Oña, en 1075, a 6 de enero, el obispo Muño dió a Oña el monasterio de San Jorge de Somorrostro a cambio de San Torcuato de Castilla la Vieja (BALPARDA, *Historia de Vizcaya*, t. I, p. 259, copia del siglo XIII).

ris de Moral in rivo de Aslança cum terris, vineis, collaçis, montibus, pratis, molendinis, aqueductibus sive reductibus et omnibus que ibi pertinent. Et monasterium S. Martini de Davala cum omnibus que ibi conveniunt. Et ecclesiam S. Bauduli de Quintana de Bozo cum suis omnibus sibi pertinentibus. Et Sancta Eugenia de Aquilar cum omni sua hereditate. Et cellam S. Genesii de Ventosa cum suis adiacentiis que illi conveniunt. Et ecclesiam S. Michaelis de Foiolo de Pontcurbo cum omnibus que ad eam pertinent. Et in Valle de Egunia monasterium S. Facundi cum montibus, pascuis, terminis, terris, pomeriis, arboribus fructuosis et infructuosis, egressibus et regressibus, et cum omnibus que illi pertinere videntur ab omni integritate concedo et dono. Simili iure dono monasterium S. Fausti de Trevenneo cum omnibus que illi pertinere videntur.

Confirmo et corroboro omnia monasteria sive ecclesias que avi et proavi mei et reges qui ante me fuerunt et pater meus rex Fredinandus concesserunt, sive omnes illas hereditates vel divisas seu que dederunt vel dederint comites, potestates sive infançones vel villani ad illo episcopatu de Auca sive successoribus tuis. Concedo ut ubicumque habueritis divisas in toto episcopatu de Auca habeatis potestatem de popular collaços sicut aliquis de potestatibus de infançones regni mei; et vestros collaços non habeant licentiam levar suam hereditatem sub alio seniore; et illos excusados, videlicet: unum excusatum in Sarazar de Amaia, alium in Orcegon, unum in Repa, alium in Briçia, unum in Suano, alium in Prato, unum in Breçosa in valle de Ripa Iberi, et alium in Ciniseros, unum in Panizares et in Valle de Tobis, unum in S. Quirici de Pisorga et alium in Lara. Concedo etiam ut toto vestro ganado sive illo proprio de illa sede quam et de omnibus monasteriis et obedientiis habeant, plenariam licentiam de pascere et de star per omnes meos montes sive in Asturiis, sive in extremis partibus vel ubicumque nostra voluntas fuerit circumquaque, sine montadgo et sine aliqua inquietudine alicuius regis vel principis.

Carece de la firma *Munio Segocensis sedis episcopus*, cf.

9.

Tercera redacción del documento-confirmación anterior, según el privilegio de Alfonso X, expedido el 28 de febrero de 1255.

(Vol. 71, fol. 10.)

Su texto es el de la anterior confirmación real, pero redacta de este modo la donación de San Pedro de Berlangas: «Sancti Petri monasterium de Verlangas cum rebus et hereditatibus, terris, videlicet, et vineis, molendinis, aqueductibus et reductibus, paschuis, pratis, paludibus, villis, divisis, decaneis, montibus, et cum omnibus que ad eum pertinent.»

Añade esta frase: «Et in Pamplica ecclesiam S. Martini cum suis adiacentiis.»

En la de *Sancto Stephano de Extremo* suprime la palabra *extremo*.

Excluye la frase *Concedo ut ubicumque habueritis divisas*, etcétera, comenzando directamente «Dono etiam Aucensi ecclesie excusatos, videlicet, unum excusatum in Sararçar de Amaia, etc.»

El párrafo *Concedo etiam ut toto vestro ganado*, etc., y el del original: *Hec autem omnia suprascripta..... fiscale vel regali servicio*, quedan redactados del modo siguiente:

Concedo etiam ut ubicumque habueritis divisas in omni Aucensi episcopatu, habeatis ipsa eadem consuetudine qualem habent maiores sive infançones mei regni. In hac eadem institutione tali tenore concedendo iubeo ut de his hereditatibus, quas libens Deo beateque Marie offero, nullus homo habeat licentiam ducere in aliam partem. Dono insuper filiis, nepotibus predictorum solarium, licentiam populandi in suis ferraginis. Concedo etiam prefate Sedi plenissimam in perpetuum habere libertatem aut licentiam emendi hereditates scilicet et domos, tam in illo loco ubi sedes ipsa habetur, quam in ceteris villis meis. Proinde namque ubi-

cumque habuerint domos, hereditates sive aliquas possessiones vel aliquid mobile, sint omnia concessa prefate Sedi, ut in iure presulis eiusdem ecclesie sine manneria et saionis iniuria atque aliqua fiscali consuetudine.

Volo insuper ut sint honarati super omnes clericos totius diocesis; ideoque eis hanc dignitatem habere concedo ut in quocumque loco eorum aliquis fuerit, si quis sibi pig-norare aut eum occidere aut illi aliquo modo dedecus aliquod facere presumpserit, ita emendet presuli ecclesie calumpniam vel homicidium ac si faceret uni de melioribus infançonibus regni mei; insuper pro sacris ordinibus secundum quod sancti canones commendant ab eo exigatur iustitia.

Dono etiam omnes ecclesias parrochiales mee hereditatis sive civitatis sive villarum ut sint concesse potestati vestre; et omnes clerici parrochiales habeant potestatem iuxta ecclesias domos edificare cum quinta parte hereditatis sue et omni mobile sive substantie; iuxta vestra vero monasteria concedo licentiam ex advenis et alienigenis et invenibus innuptis domos edificare et populare.

Additio autem ut prefate ville vel monasteria vel ecclesie vel divise que suprascripte sunt, vel que vos aut successores vestri inquirere potueritis, ut non habeant castellaria aut annubda vel fossatoria, et non patiantur iniuriam saionis neque pro fossato neque pro homicidio neque pro fornicio neque pro furto neque pro calumpnia aliqua. Et nullus sit ausus inquietare eos pro fossato aut annubda aut labore Castellii vel pro aliquo fiscale vel regale servicio.

Concedo etiam vos plenissimam habere libertatem per omnes meos montes scindere ligna ad comburendum et ad construendas hedificandasque ecclesias et domos, aut quodcumque vobis opus sive voluntas fuerit. Et omnis vester ganado sive ille proprio illius sedis quam et omnium monasteriorum et obedentiarumstrarum habeant plenariam licentiam de pascere et stare per omnes meos montes sive in Asçariis (*sic*), sive in ipso Cerrato sive in extremis partibus usque ad Sarraçuela, vel ubicumque voluntas vestra fuerit, et sine aliqua inquietudine alicuius regis vel principis. Hec

autem omnia suprascripta do Deo ad honorem Aucensis episcopatus usque in perpetuum et vobis dompno Simeoni vel successoribus vestris sicut possedi et modo possideo derelicta a parentibus meis. Hec tamen que omnipotenti Deo, etc.

Suprime la firma del obispo Munio.

10.

Privilegio atribuído a Sancho II, donde se expresan los montes en que pueden pastar los rebaños del obispo y su catedral, el derecho de aprovechamiento de maderas y canteras en los mismos, el de pesca en ríos y en el mar Cantábrico, límites de la diócesis y diferentes prerrogativas de los canónigos e iglesias propias de la mitra episcopal, etc. Marzo 18 de 1068.

(Vol. 2, Parte I, nº 11, copia del siglo XII; «Cart. de El Moral», p. 262; SANDOVAL, «Reyes», t. I, p. 73; BERGANZA, «Antigüedades», t. I, p. 346; LOPEBARRÁEZ, «Descripción..... del obispado de Osma», t. I, p. 68.)

Ego Sancius, rex Castelle, concedo vobis Symeoni episcopo ut toto vestro ganato, sive illo proprio de illa sede quam et de omnibus vestris monasteriis et obedientiis que habetis vel habere potueritis, habeant plenariam licentiam de pascere et de stare et tenere suas capannas per omnes meos montes de Auca et de Pineta et per rigo de Caprones et per Quintanar et per Palomero et in totos illos montes de Aslanzo et de Isieto ¹ et in pascuis de Jurga et de Campo et de Spinosa de Castella Vetula et in Karranca et usque ad Somrosto et in omnibus montibus de Transmera et in illis de Val de Karrieto et de Val de Toranço, et in illis montibus de Fluena, sive in totos illos montes de Asturiis et de

¹ Monte Hijedo, en el alfoz de Bricia y Santa Gadea.

Capeçon et de Apleca ¹ usque ad ripera de Deba ubi antiquitus constet esse terminus vestre diocesis. Sed et in Valçalamio et in Cerrato et in Bonamatre et in Serrezuela ² sive in omnibus extremis partibus ubicumque vestra voluntas fuerit circumquaque. Necnon attribuo integram facultatem de omnibus supranominatis montibus deferre ligna ad quodcumque necesse fuerit, sive ad hedificandas ecclesias seu ad construendas domos, verum etiam ad cremandum. Do etiam licentiam ubicumque potueritis invenire petras, incidendi lapides ad hedificandas ecclesias vel domos: hoc totum dono sine montadgo et sine calumpnia cuiuslibet persone.

Tribuo quoque clementer ut habeatis licentiam de pescare per omnes meos pelagos vel defesas, sive per marinos portos, scilicet, in Sancta Maria de Porto, et in porto S. Emetherii et in illo de S. Martini ³ et de Apleca et usque ad supradictam vestram diocesim quam sic in perpetuum supradicte Aucensi ecclesie, vobis et successoribus vestris regere et tenere confirmamus, sicut iam multis transactis temporibus vestri antecessores sub iure et in pace tenuerunt, et sine aliqua calumpnia vindicaverunt; videlicet de mare magno Oceano usque in fluvium Dorium, et de Garraf et de Cannatanazor usque in ripera de Deba sicut cadit in mare, deinde dividitur ab ovetensi episcopatu a las Caldas, ad Barganio cum illas populationes, deinde terminatur a Legionensi sicut oritur Pisorga cum Petrasnegras cum sua alfoz, et Mutave cum sua alfoz, et Aguilar cum sua alfoz, et Villaescusa et sua alfoz, et similiter Amaya et sua alfoz ex ista parte fluminis, et ex illa sicut labitur in Aslanza, necnon ultra fluvium de Aslanza ad Villam Flainbistia et ad Castriellum de Ovec Didaz et ad Rubiales de Dorio sicut dividitur de Palentino episcopatu, et de Somrostro per Aialam et Bilibium et Graion et ad Gallinerus de Faiola et ad Brieba et ad Montenigro et ad ecclesiam de Pastores,

¹ Afleca, cerca de Cabezón de la Sal.

² Montes de Sepúlveda, que se extienden hacia Riaza, en la provincia de Segovia.

³ San Martín de la Arena, hoy puerto de Suances.

sic dividitur ab episcopatu de Calagorra et ab illo de Thirassona.

Hęc autem omnia suprascripta do Deo et confirmo ad honorem Aucensis episcopatus usque in perpetuum et vobis domino meo episcopo Simeoni vel successoribus vestris sicut possedi et modo possideo derelicta a parentibus sine aliqua inquietudine alicuius regis, comitis vel principis.

Et quia suprascripta sedes mater omnium ecclesiarum totius Castelle iure debet esse, volo ut canonici ibidem Deo servientes sint honorati super omnes clericos vestre diocesis, ideoque eis hanc dignitatem habere concedo ut in quocumque loco aliquis canonicorum fuerit, si quislibet pignorare aut eum occidere aut ei aliquo modo deshonorem facere presumpserit, ita emendet vobis calumpniam vel homicidium ac si faceret uni de nobilioribus infanzonibus regni mei; insuper pro sacris ordinibus, secundum quod vobis pertinet, canonicam exigit iustitiam.

Offerimus etiam cum communi consilio potestatum vel principum totius regni mei hoc donativum ut ubicumque canonici habuerint domos, hereditates sive aliquas possessiones vel aliquod mobile, sint omnia concessa ad integrum prefate sedi et in vestro iure sine mannaria et sine aliqua fiscali consuetudine. Necnon precipio ut nullus audeat pignorare pro ulla occasione illum ganatum de vestris obedientiis cunctis, tam de maioribus quam de minoribus.

Dono etiam omnes ecclesias parrochiales mee hereditatis sive civitatum sive villarum cum suis cimiteriis et cum omnibus illis pertinentibus ut sint concesse potestati vestre, et omnes clerici parrochiales habeant libertatem iuxta ecclesias domos hedificare cum omni mobile substancie et cum tota sua hereditate. Iuxta vero vestra monasteria tam in cimiteriisstrarum ecclesiarum quam in hereditatibus concedo licentiam ex advenis et alienigenis et invenibus inuptis domos hedificare et populare cum toto suo mobile et duabus partibus sue hereditatis, et ut ipsi quos populaveritis habeant libertatem de prendere in exitus et habeant partem in montibus et in pascuis et in aquis aquarumve ductibus, cum exitu et regressa. Et illas hereditates quas vestri

clerici qui vestra monasteria vel ecclesias tenuerint vel vestri villani comparaverint de illos solares qui ad me pertinere videntur, perpetuo iure possideatis quamvis illi solares in aliquo tempore sint heremi.

Aditio autem ut prefate ville seu monasteria vel ecclesias sive divisas que supra scripte sunt, vel que vos aut successores vestri acquirere poteritis, non habeant castellariam aut annubda vel fossatera et non patiantur iniuriam saionis neque pro fossato neque pro furto neque pro homicidio neque pro fornicio neque pro calumpnia aliqua, et nullus sit ausus inquietare eos pro fossato aut annubda sive labore castelli vel pro aliquo fiscale vel regale servitium. Hec tamen que omnipotenti Deo libens offero in omnibus plenissimam firmitatem teneri iubeo, etc. ¹

(Todo lo restante, fecha y suscripciones, es idéntico al documento original de Sancho II.)

11.

La condesa Momadona concede a la iglesia episcopal de Sasamón y al obispo Muño su propiedad patrimonial en cuatro pueblos cercanos. — Noviembre 23 de 1071.

(Vol. 71, n.º 161; «E. S.», t. XXVI, p. 455.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti quod est unus Deus. — Ego Mamadonna

¹ Difícil es probar la autenticidad de este documento; su estilo le denuncia como obra del siglo XII, al cual pertenece la copia que nos le ha transmitido; representa los límites de la diócesis como eran antes del concilio de Husillos en 1088, pero menciona el obispado de Tarazona, que no se restauró hasta 1119, y parece ignorar los obispados de Osma y Segovia, al primero de los cuales se le fijaron límites en 1088 y al segundo en la primera quincena del siglo XII.

comitissa ¹, pro Christi amore et parentum pausationem atque peccatorum meorum remissione, fatio testamentum spontanea voluntate in episcopali ecclesia quę dicitur Sancta Maria in Samonensi fundata, et trado ibi divisas quas in circuitu possideo. In Caraveo ² divisam quam ex parte matris heredito. In Maçoferrario ³ divisam quam ex parte matris habeo. Et in Quintana Levaniaga ⁴ divisam quam ex parte matris heredito ab omni integritate. Et in Villa Maiore tres divisas: una de meo patre Gustio Didaç, altera de meo germano Didaco Gustioç, tertia de mea tia domna Onneca. Has divisas tibi Munioni episcopo perpetuo iure concedo ut serviant in ecclesia Sanctę Marię semper virginis cum suis adiacentiis, cum terris et vineis, cum pratis et pascuis, cum cultu et incultu, cum fontibus et montibus, cum ingressu et regressu, ab omni integritate concedo. Et si ego comitissa domna Mamadonna aut aliqua vel quorumcumque subrogata persona ad hoc testamentum dirumpendum venerit, aut iudicium suscitaverit, duplet ipsas divisas, et ad partem regis XXX^{ta} persolvat aureas libras, et postea cum Dathan et Abiron, et cum Juda traditore portionem in inferno inferiori habeat.

¹ Esta dama fué hija de Gustios Díaz y Teresa Muñoz, y tuvo por hermanos, además de Diego Gustios, el primogénito mencionado en esta escritura, a doña Godina y a Muño Gustios, casado con doña María. Hijo suyo fué Pedro Núñez. Acerca de estos personajes véase *Cart. de Arlanza*, p. 114; *Índice..... Sahagún*, pp. 15, 16, 210, 214, 250, 262.

² Quizá corresponda al Carranco del privilegio de Enrique II de 1367, pues no es difícil que una mala lectura haga de Caraveo un Carranco. Sabemos que dicho privilegio agregó a Sasamón esta aldea y la de Mazorrero, libertándolas de la martiniega y otro cualquier tributo para que la villa acabase de construir su iglesia, a la cual había hecho una manda el rey estando en peligro de muerte (GONZÁLEZ, *Documentos de Simancas*, t. V, p. 198). Comprueba la existencia de Carranco y Mazorrero en las cercanías de Sasamón una escritura de 1080 (BERGANZA, *ob. cit.*, t. II, p. 445).

³ Mazorrero, aldea de Sasamón. Fué cabeza de arciprestazgo en el siglo XIII (*Cart. de El Moral*, p. 7).

⁴ Desconocemos la situación exacta de este pueblo.

Facta cartula cognito die III^a feria VIII^{id} kalendas decembris ¹, era M^a C^a VIII^a, regnante rege Santio in Castella et in Gallecia, et Adefonso fratre eius regnante in Legionem et in Gallecia. Pelagius episcopus sedis Sanctę Marie, cf. Bernardus Palentine sedis eps., cf. Simeon Burgensis eps., cf. Ego cometissa domna Mamadonna hanc scripturam, quę fieri iussi, manu mea roborem ingeci. Petrus hic, ts. Johannes hic, ts. Ninne hic, ts. Martinus, notarit.

12.

Las infantas Urraca y Elvira dan al obispo Jimeno la iglesia de Santa María de Gamonal para establecer en ella la sede episcopal que antes estaba en la ciudad de Oca. — Julio 8 de 1074.

(Vol. 29, fol. 297, orig., letra visigoda; vol. 71, n^o 148, copia; SOTA. «Principes», escrit. n^o 22; «E. S.», t. XXVI, p. 456; HUIDOBRO SERNA, «Sanuario de Nuestra Señora de Gamonal», p. 97.)

In nomine summi et inconprehensibilis Dei Patris, scilicet, et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Urraka et Gilvira, Fredenandi imperatoris magni filię, sponte propria et voluntate comuni decrevimus Deo et episcopo Simeoni et successoribus eius donari ecclesiam Sanctę Marie de Campo de Gamonare, secundum consilium et auctoritatem domini et fratris nostri Adefonsi regis, ad innobandam ibi sedem episcopalem que prius apud Aucensem noscitur urbem fuisse constructam et a sarracenis destructam. Igitur pro remissione peccatorum nostrorum et pro redemptione animarum parentum nostrorum donamus per hanc cartam donationis ipsam ecclesiam predictam cum eadem villa qui ibi est, cum suis terminis et afrontationibus, ut edificetur ibi ecclesia episcopalis katedre que sit mater totius diocesis Castelle. Addi-

¹ En el año de la fecha era miércoles el 23 de noviembre.

mus etiam predictę ecclesię ipsos molinos nostros de Aslanzon inibi, et quodam monasterium Sanctę Marie de Valle ¹ cum omnia ad eum pertinentia. Donamus autem in Trivinio monasterium Sancti Petri de Campo ² cum omnia que ei pertinent, que nos iure possedimus hereditario.

Omnia hec hoc tenore sit firmum et stabile sicuti nos possedimus et accepimus a parentibus nostris Fredinando regi et Sancia regina, absque ulla inquietudine vel molestia saionis vel aliorum qualiumcumque hominum, ut quisquis illic ex quacumque provincia vel patria illic habitare elegerit, nullam presumtivo conamine a quoquam pertimescat aliquam sibi vim inferre pro qualibet ultione, neque pro telonei negotiatione, nec pro fossatoria nec pro annutuba nec pro stupro neque pro homicidio neque pro furto neque pro constructione castellorum, neque pro aliqua causa, sed omnes habitantes in ea vivant honorifice et quiete. Hii autem clerici, canonice sub potestate vel arbitrio episcopi ibi degentes, quotidie Domino tota vota orationis reddant pro anima patris nostri iam dicti vel matris nostre predictę, vel pro domino et fratre nostro imperatore, vero Dei cultore Adefonso, ut hic feliciter vivat et post huius vite metam ad eternam valeat scandere patriam. Nobis quoque famulabus suis donet remissionem omnium nostrorum peccatorum Dominus, et post finem huius vite consortium beatorum. Si quis vero ab odierno die et deinceps ex successoribus nostris, quilibet rex aut comes aut aliquis qualiscumque homo contra hanc cartam donationis nostre contemtor repertus fuerit, et presumptive disrumpere temtaberit, a liminibus sanctę Dei ecclesię extraneus existat, et iram Dei incurrat et cum Juda traditore portio eius maneat, et anathematis vinculo subiaceat; insuper ecclesie, cui vim inferre conaberit, hoc

¹ Esta iglesia, sita en términos de Monasterio de Rodilla, fué después de Oña, según se ve por los documentos citados en el tomo I.

² Hoy despoblado; estaba entre Olmillos de Sasamón y Villсандино, y a éste pertenecían sus términos en el siglo XVII; dentro de ellos existió el pueblo de Zuel y otro llamado Santotis, que lindaba con Sasamón.

quod calumniaverit in duplum vel triplo restituat, et episcopo vel regi centum auri libras exsolbat; et postmodum hec carta donationis vel privilegii firmis stabilisque permaneat.

Facta carta donationis testamenti VIII idus julii, die III^a feria, era M^a C^a XII^a 1, regnante Domino nostro Jesu Christo et Adefonso rege in Castella, Legione atque Gallecia. Igitur ego Urraka et ego Elvira, Fredinandi regis filie, qui hanc cartam fieri iussimus et legentem audivimus, propriis manibus roboramus: Urraka (*signo*). — 1^a col. Bernardus Palentine sedis episcopus, cf. Pelagius Legionensis sedis episcopus, cf. Munnio episcopus, cf. Sisebutus abba, cf. Obecus abba, cf. Vincentius abba, cf. Fortunius abba, cf. Stefanus abba, cf. Pascasius abba, cf. Johannes abba, cf. — 2^a col. Comes Gundissalvus, roborat. Comes Munius, rb. Didaco Albaréz, rb. Didaco Gundissalbez, rb. Gundissalbo Abarez (*sic*), rb. Albaro Gundissalbez, rb. Ruderico Didaz, rb. Fan Fannez, rb. Didaco Rodriz, rb. Bermudo Gutierrez, rb. Antolino Nunez, rb. Albaro Salvatores, rb. Albaro Didaz, rb. Gundissalbo Didaz, rb. Obeco, testis. Galindo, testis. Didaco, testis.

13.

Primer proyecto o borrador de dotación de la sede de Oca, trasladada a Burgos, propuesto por Alfonso VI. — Mayo 1 de 1075.

(Vol. 32, fol. 81, perg., escritura del tiempo; vol. 71, n^o 143.)

Sub nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Adefonsus rex, Fredinandi imperatoris magni filius et Sancie regine, disposui in corde meo ob

¹ Debido a un punto de tinta que cayó primitivamente entre las dos unidades que siguen al X, leyó el libro Becerro XV en vez de XII. Tanto Flórez (*E. S.*, t. XXVI, p. 456) como Masdeu (*Historia Crítica de España*, t. XIII, p. 312) leyeron mal la fecha, fantaseando sobre la misma. Sota también adulteró la fecha. Efectivamente, en 1074 el día 8 de julio caía en martes.

delictorum meorum remissionem, necnon pro alti troni Dei nimia dilectione ferventique amore, Auccensem episcopatum mutando renovare ac in omnibus secundum Dei dispositionem ampliare et domum illius reedificare. Igitur ego iam prefatus rex facio cartam de quadam villa que sita noscitur in suburbio de Berbesica, nomine Platano ¹, quam offerens concedo omnipotenti Deo in augmentationem ipsius episcopii et tibi Simeoni episcopo, cum illa hereditate de Otero Martini et cum omnibus eidem ville pertinentibus, sicut ego usque hodie ab avis et proavis suscepi possidentiam et regio iure possedi, cum terminis suis et pascuis, paludibus, montibus et fontibus, exitibus et regressibus omni robore integerrime firmam. Simili modo et confirmatione dono in suburbio de Mescangos cellam Sancte Columbe ² et omnia ei pertinentia ad integrum; et in Lezengana ³ quantum habeo et ab avis meis et patre possideo. Eodem robore concedo in alfoze de Monnio villam cognominatam Basconziellos ⁴ cum omni integritate, terminis et omnibus sibi pertinentibus. Eadem firmitudine tribuo in ipso eodem honore de Monnio, in monte qui dicitur Balzalamio, villam advocatam Mahomat ⁵ et omnia ei pertinentia cum integritate. Sub tali etiam firmitudine do iuxta flumen de Aslanza villam mediam que vocitatur S. Julianus ⁶ in accidentia de Lerma cum omnibus sibi pertinentibus. In ipso necne eodem flumine similibus in terminis offero villam de Cheia ⁷ cum omnibus sibi subiectis, que est sita in alfoz de Scuderros. Tali etiam constitutione tradito in villa que fertur Feno-

¹ Prádanos de Bureba.

² No vemos en tierra de Mijangos pueblo llamado Santa Coloma; acaso sea la que se llamó después Cellaformal.

³ Lecañana de Tobalina.

⁴ Basconcillos, granja situada entre Villagómez, Villafuerte y Presencio.

⁵ Mahamud, hoy desaparecido; estaba cercano a Madrigal del Monte.

⁶ Santillán, al norte de Lerma.

⁷ Villaeca, en términos de Torrepadre; estaba ya despoblada en el siglo XIV. La granja de Escuderos existe aún.

gar ¹ totum illud quod ad me pertinet cum ipsis duobus populatoribus, in sigillo de Clunia, cum omnibus eidem vil-
le subiacentibus. Simili iure dono in termino de Fonte Oria
monasterium quod vocatur Sancta Maria de Ravanera cum
sua decania de Tormiellos, cum omnibus que illi perti-
nent ². Sub tali necnon federe concedo villam que vocatur
La Rade in accidente de Muradello ³ cum cunctis ei conve-
nientibus. Eadem potestate trado Villam de Rodrico in adia-
centi de Bezerril ⁴, in litore de Pisuerga, cum omnibus que
ad me pertinent. Dono autem has predictas villas cum om-
nibus que ad eas pertinent, quantum in illis habere debeo
vel abeo pro qualicumque voce cum suis terminis, cum sil-
vis et montibus, pratis ac pascuis, tam culto quam heremo,
cum aquis aquarumve ductibus sive reductibus, omnia et
per omnia ac in omnibus cum omni integritate.

Adicio autem proprio regali privilegio ut omnes supe-
rius nominate ville et omnia que vos adquisistis aut acqui-
rere potueritis vos vel successores vestri non eant ad fisca-
lem imperium fabricandi castella seu annutuba ac fossata-
ria, et non paciantur iniuriam saionis neque pro omicidio
nec furto haut pro stupro, non pro ulla alia calumnia, nec
sint subiecti teloneo, sed in omnibus plenissimam firmitatem
firmissimumque robur obtineant in evum, et est manifes-
tum. Si quis vero ab odierno die et deinceps, ex successori-
bus meis quislibet rex aut comes ceu aliquis qualiscumque
homo, contra hanc cartam donationis mee vel latum decre-
tum contemptor repperitus fuerit et ut presumptive insurrexe-
rit ac disrumpere temptaverit, a liminibus sancte Dei ecle-

¹ Hinojar del Rey, en las cercanías de Clunia.

² Hoy Rabanera del Pinar; Tormillos estaba a un kilómetro al norte de Huerta del Rey, y perteneció después al monasterio de Silos.

³ La Rad de Sedano, en términos de Moradillo del Cas-
tillo.

⁴ Este pueblo estaba cerca de Herrera de Río Pisuerga y po-
seía un monasterio en el siglo X, según se ve por los documentos
de Santa Eufemia de Cozuelos; no podemos señalar el sitio de Villa
de Rodrigo.

sie extraneus existat, iramque Dei incurrat, necnon cum Juda proditore portio eius maneat, atque anetamitis (*sic*) vinculo subiaceat; insuper ecclesie cui vim inferre comiserit vel episcopo qui ei prefuerit, CC. auri libras coactus exsolvat; et postmodum hec carta donationis et privilegii data auctoritate firma stabilisque permaneat in omni evvo; et ego pro tali remuneratione nunc in hoc seculo regnum feliciter Deo protegente regere in pace valeam meum, post finem vero cum Christo regnare queam, et possidere paradisi gaudia simul cum Fredinando imperatore patre meo et Sancia regina.

Facta carta donationis seu decreti kalendas maii era T^a C^a X^a III^a, regnante Domino nostro Jhesu Christo et me per ipsius misericordiam tenente sceptum regni aput Legionem et Galletiam et Asturiensem provinciam. Ego Adefonsus rex hoc decretum valitudine regali sancitum (*sic*) scribere feci, et scriptum propriis manibus firmavi, presentibus sororibus meis Urraka et Gelvira, et coram comitibus palatii firmare testibus rogavi ¹.

14.

Alfonso VI establece definitivamente la sede de Oca en Santa María de Gamonal, junto a Burgos, para que su diócesis lo sea de Castilla; y le otorga varias posesiones y prerrogativas especiales, extensivas a todo su patrimonio. — Castrogeriz, año de 1075.

(Vol. 32, n^o 82, orig., perg., letra visigoda.)

In nomine Patris ingeniti, Filii unigeniti, Spiritusque Sancti ab utroque procedentis, qui simul idem est substantialiter unus, personaliter trinus. — Ego Adefonsus rex, Fredenandi imperatoris magni et Sancie regine filius, disposui

¹ Queda en blanco la parte del pergamino destinada a las suscripciones.

in corde meo ob ipsius benignissimam dilectionem timere et amare illum ex omnibus viribus meis, et domum illius reedificare. Nam Aucensem ecclesiam ab impia ismaelitarum gente destructam, pro adipiscenda venia peccatorum meorum et ut horrendas et inextinguibiles barati penas possim evadere et ad gaudia felicitatis eterne valeam pertingere, elegi in loco abto secundo miliario ab urbe Burgensi, in villa que dicitur Gamonar, ecclesia que dudum ibi fuerat consecrata in honore sancte Dei genitricis Marie innovare, et episcopalem catedram in vice Aucensis sedis ibi firmare, ut iuxta decreta canonum mater ecclesiarum diocesis Castellae iure vocetur.

Igitur ego iam prefatus rex facio hanc cartam donationis vel privilegii omnipotenti Deo et Sancte Marie semper virginis in renovatione ipsius episcopii, et tibi Simeoni pontifici, concedoque quandam villam in alfoze de Berbesca, nomine Platano, cum illa hereditate de Otero Martin et cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, sicut ego usque hodie ab avis et proavis meis suscepi possidendam et regio iure possedi, cum terminis suis et pascuis, paludibus, montibus et fontibus, exitibus et regressibus integerrime firmam. Et in Castilla Vetula cellam Sancte Columbe cum suos solares tam eremos quam populos et cum toto suo directo. Et in monte de Vaçalamio villa Mahomat cum suis montibus et cum tota sua hereditate. Et in rivo de Aslanza, in alfoze de Escuderos, villa de Keia cum molendinis et cum pelagis defesatis et sernas et cum totos suos terminos, sicut ad me pertinent dono ad integrum. Et in alfoze de Munnio villa que dicunt Basconciellos cum terminis et omnibus sibi pertinentibus. In alfoze de Lerma medietatem ville que dicitur S. Juliani cum pelagis et cum toto suo directo. In alfoze de Clunia, in villa que vocatur Fenolgare, dono totum quod ad me pertinet cum suo directo. In alfoze de Fonte aurea monasterium Sancte Marie de Ravenaria cum sua decania de Tormellos et omnia que illi pertinent. In alfoze de Moratello villa que dicitur Larrat cum cuncta sibi convenientibus. In alfoze de Bezerril villa Rodrico in ripera de Pisuerga cum pelagis et cum suis terminis et cum hoc quod ad me pertinet.

Dono autem has predictas villas cum omnibus quibus sibi pertinent quantum in illis abuit proavus meus comes Sancius et pater meus rex Fredenandus, vel quantum ego abere debeo vel habeo, cum suis terminis, cum silvis et montibus, cum pratis et pascuis, tam cultum quam heremum, cum aquis aquarum et ductibus vel reductibus, omnia et in omnibus cum omni integritate. Adicio autem proprio regali privilegio ut predicta sedes Sancte Marie episcopalis cum villa ipsius loci vel omnibus supra nominatis villis, que vos adquisistis vel adquirere potueritis vos vel vestri successores, non eant ad fiscale imperium fabricandi castella aut tenendi annatubam vel dandi fossatoriam, et non paciantur iniuriam saionis nec pro homicidio nec pro furtu neque pro stupro neque pro ulla alia calumnia, set in omnibus plenissimam habeant libertatem, et firmissimum robur obtineat in evum hoc privilegium et est manifestum.

Si quis vero ab hodierno die et deinceps ex successoribus meis, quilibet rex aut comes aut aliquis qualiscumque homo, contra hanc cartam donationis mee vel latum decretum contemtor repertus fuerit et presumptive insurrexerit et disrumpere templaverit, in primis iram Dei non effugiat et a liminibus sancte ecclesie extraneus existat et sit excommunicatus a corpore et sanguine Domini nostri Jhesu Christi et a christiane fidei unitate separatus et cum Datan et Abiron quos terra vivos absorbit, et cum Juda Domini traditore qui laqueo se suspendit in inferno inferiori dimergatur; insuper ecclesie cui vim inferre conaverit vel episcopo qui eidem fuerit quod auferre temptaverit duplatum et melioratum reddat, et ad parte regis LXXX libras auri purissimi coactus persolvat, et postmodum hec carta donationis et privilegii data auctoritas firmis stabilisque permaneat in omni evo, ita ut ego protuli remuneratione nunc in hoc seculo Deo protegente feliciter et in pace regnum possim regere meum, et post exitum istius vite cum Christo regnare valeam sine fine. Amen.

Facta fuit huius donationis carta et corroborata in Castro Seriz die III feria, era TC. XIII, regnante Domino nostro Jhesu Christo cum Patre et Spiritu Sancto et me per ipsius

misericordiam tenente sceptrum regni aput Legionem, Castellam et Galletiam. (*Signo del rey.*) Ego Adefonsus Dei gratia rex hoc decretum scribere feci et scriptum confirmavi. Nos due germane Urraka et Gilvira Fredinandi regis filie hoc testamentum confirmamus. — 1^a col. Bernardus Palentine sedis eps., cf. Didacus Iliense sedis eps., cf. Arias Ovetense sedis eps., cf. Pelagius Legionense sedis eps., cf. Abbas de Castella Oveco Oniensis, cf. Abbas Velasius S. Miliani cenobio, cf. Abbas Sisequtus Karadigna regente, cf. Abbas Vincentius S. Petri Aslanza, cf. Abbas Fortunius S. Sebastiani Silus, cf. Vermudo, ts. — 2^a col. Comite Munnio, cf. Comes Gundissalvus, cf. Comes Petro Assuriz, cf. Comes Martino Adefonso, cf. Pelagio Gomiz, cf. Gundissalvo Adefonso, cf. Nuno? Morelliz, maiordomo regis, cf. Petro Vermudiz, cf. Martino Sangiz, maiorino in Castella, cf. Ruderico Ordonniz, armiger regis, cf. — 3^a col. Didaco Alvariz, cf. Didaco Gunsalviz, cf. Garsea Ordonniz, cf. Gundissalvo Alvariz, cf. Alvaro Gunsalviz, cf. Gunsalvo Nunniz, cf. Antolino Nunniz, cf. Fredenando Petríz, cf. Garsia Nunniz, cf. Han Hanniz, cf. Petrus, ts. Johanne Baldemiriz, qui notuit et cf.

15.

Alfonso VI traslada la iglesia catedral a la iglesia contigua a su palacio, que él edifica y está dentro de la ciudad de Burgos; le otorga todas las iglesias de Burgos; confirma las concedidas en la escritura anterior, y concede a la sede y a sus canónigos especiales prerrogativas. Mayo 1 de 1075, y Dueñas, 25 de diciembre del mismo año.

(Vol. 2, parte I, n° 1, perg., letra visigoda; n° 2, copia del siglo XIII.)

JHESUS. — In nomine sanctę et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Adefonsus, Dei propiciatione rex Hyspanie ac Fredinandi imperatoris magni filius et

Sancie regine, ob delictorum meorum remissionem necnon pro immensa Dei dilectione disposui, Deo opitulante, in corde meo renovare atque mutare Burgis Aucensem episcopatum qui multis a temporibus destructus a sarracenis esse dinoscitur, et in omnibus secundum Dei dispositionem amplificare, et domum sedis beate Virginis Marie ibi in proprio meo palacio reedificare. Ego igitur iam prefatus rex facio testamenti privilegium ad Burgensem episcopatum et tibi domino meo Simeoni episcopo, tam de rebus secularibus exquisitis Aucensis episcopatus, que ab antecessoribus tuis adquisite sunt, quam de parvis muneribus que omnipotenti Deo et tibi presens offero.

Concedo itaque tibi et ecclesie tue in renovacione ipsius episcopii quandam parvusculam partem palacium patris mei, videlicet Fredinandi regis et matris mee Sancie regine, quod Burgis habeo, et confirmo in eo esse perpetuo iure episcopalem catedram in vice videlicet ipsius Aucensis ecclesie. Hanc vero ecclesiam cum prefato palacio Deo sancteque virgini Marie et tibi Symeoni episcopo tribuo atque cartam testamenti facio, quatenus secundum decreta canonum mater ecclesiarum iure vocetur et capud diocesis totius Castelle a cunctis fere dinoscatur, necnon in ea, sicut prediximus, pontificalis sedes habeatur in vice Aucensis ecclesie.

Dono insuper tibi et sedi tue, quam ex proprio censu meo reedifico, cunctas ipsius Burgensis civitatis ecclesias cum cimiteriis suis et domibus sive hereditatibus atque beneficiis et omnia eis pertinentia ad integrum, que a fidelibus omnibus tradita et oblata fuerint. Dono etiam quandam villam in alfoz de Berbesca, nomine Platano cum illa de Otero Martini et cum omnibus ad illam villam pertinentibus, cum terminis, scilicet, suis et pascuis, padulibus, montibus, exitibus et regressibus. In suburbio de Mesangos cellam Sancte Columbe et omnia ei pertinentia ad integrum. Et in Lezennana quantum habeo ab avis meis et possideo a patre. Eodem robore concedo in alfoz de Munio villam cognominatam Basconciellos cum omni integritate et terminis atque sibi pertinentibus. Eadem firmitudine tribuo in ipso honore de Munnio, in monte qui dicitur Balzalamio,

villam advocatam Mahomat et omnia ei pertinenca cum integritate. Sub tali etiam firmitudine do iuxta flumen de Aslanza villam mediam que vocatur Sanctus Julianus in accidencia de Lerma cum omnibus sibi convenientibus. In ipso necne eodem flumine similibus institutis offero villam de Cheia cum omnibus sibi subiectis, que est in alfoz de Scuderos. Tali etiam constitucione trado que fertur Fenogar totum illud quod ad me pertinet cum ipsis duobus populatoribus in sigillo de Clunia, cum omnibus eidem ville subiacentibus. Simili iure dono in termino de Fonte Oria monasterium quod vocatur Sancta Maria de Ravanera cum sua decania de Tormillos, cum omnibus que illi pertinent. Sub tali necnon federe concedo villam que vocatur La Rade in accidenti de Muradiello cum cunctis ei convenientibus. Eadem potestate trado Villam de Rodrigo in accidenti de Bezerril, in littore de Pisorga, cum omnibus que ad me pertinent. Dono autem hec predicta cum omnibus que ad ea pertinent et quantum in illis habere debeo pro qualicunque voce, cum suis terminis, cum silvis et montibus, pratis ac pascuis, cum aquis aquarumve reductibus, omnia cum omni integritate.

Concedo autem proprio regali privilegio ut omnia monasteria que adquisistis vos vel adquirere potueritis vel successores vestri, habeatis licenciam colligendi madera in meis montibus, videlicet, in montibus de Arganza et in montibus de Aucha et in montibus de Gedo et in aliis locis ubicunque inveneritis ad fabricandas ecclesias et domos. Adicio etiam ut ubicunque inveneritis pedrera ut absraatis inde petram ad edificanda monasteria. Eodem robore concedo vobis ut ponatis vestra cabanna in meis montibus et meis terminis et ubi inveneritis erbam pascat vestro ganado. Eadem affirmacione do vobis potestatem in rivulis et in cursibus aquarum ad edificandos molendinos et ad piscandos pisces.

Affirmo etiam ut hec supradicta monasteria seu villas quas habetis et que habere potueritis vel successores vestri, non eant ad fiscale imperium fabricandi castella seu annutuba ac fossataria, et non paciantur iniuriam saionis neque pro homicidio neque pro furto neque pro stupro neque pro

ulla alia calumpnia, nec sint subiecti teloneo, sed in omnibus plenissimam firmitatem firmissimum robur obtineant in evum. Adicio autem ex regali sanctione, vel privilegio confirmo, ut omnia monasteria seu villas vel possessiones sive ecclesias, que frater meus rex Sancius pro adipiscenda peccatorum venia suorum et pro perpetua vite eterne remuneratione sub testamentis Aucensi ecclesie aut tibi aut predecesoribus contulit, sint confirmata Burgensi ecclesie.

In hac igitur ecclesia precipio ut canonici assidue commorentur a quibus Deo et beate Virgini Marie sollerter servitium exhibeatur. Quibus etiam dono atque concedo plenissimam in perpetuum habere libertatem sive licenciam emendi hereditates, scilicet, et domos tam in eadem civitate, ubi sedes nunc in ipsa habetur, quam in ceteris villis meis. Proinde namque ubicunque domos hereditates habuerint, sive aliquas possessiones vel aliquid mobile, sint omnia concessa prefate sedi et in iure presulis eiusdem ecclesie, sine maneria et saionis iniuria et sine aliqua fiscali consuetudine. Volo insuper ut sint honorati super omnes clericos tocius diocesis (*sic*); ideoque eis hanc dignitatem habere concedo ut in quocunque loco eorum aliquis fuerit ut si quislibet pignorarere aut occidere aut illi aliquo modo dedecus aliquod facere presumpserit, ita emendet presuli ecclesie calumniam vel omicidium ac si faceret uni de melioribus infanzonibus regni mei; insuper pro sacris ordinibus secundum sancti canones comandant, canonica hab eo exigatur iusticia. Hec autem itaque omnia que in honore Dei omnipotentis et beate Marie offero libens in omnibus usque in finem seculi teneri iubeo.

Si quis vero ab hodierno die et deinceps ex successoribus meis, quislibet rex aut comes seu aliquis qualiscumque homo, contra hanc donationis mee cartam vel decretum contemptor fuerit aut presumptive insurrexerit et disrumpere temptaverit, a liminibus sancte Dei ecclesie extraneus existat, iramque Dei incurrat, necnon cum Juda Domini proditore porcio eius maneat, atque anatematis vinculo subiaceat; insuper ecclesie, cui vim inferre comiserit, vel episcopo qui ei prefuerit, CC^{as} auri libras persolvat coactus, et huius mee donacionis privilegium firmum stabileque permaneat.

Facta carta donationis seu decreti kalendas may era T.C.XIII, fuit autem corroborata in Donnas in die scilicet Nathalis Domini regnante Domino nostro Jhesu Christo, et me per ipsius misericordiam tenente sceptrum regni apud Legionem et Castellam sive Galleciam atque Asturicensem provinciam. Ego itaque Adefonsus rex hoc decretum, valitudine regali sancitum, scribere feci, et scriptum propriis manibus firmavi, presentibus sororibus meis Urraca et Gelvira, et coram comitibus et primatibus palacii mei perenniter roboravi. Ego Adefonsus, Dei gratia rex, hoc testamentum fieri iussi, et factum datis testibus, conrroboro. (*Signo del rey*): A. rex, conf. — 1^a col. Constancia, uxor scilicet Adefonsi regis, cf. Bernardus Palentine sedis episcopus, cf. Munio Fontislari episcopus, cf. Comes Gundissalvus, cf. Munio comes Asturicensis, cf. — 2^a col. Rudericus, armiger regis, cf. Nunno Alvarez, cf. Alvaro Salvatorez, cf. Fernando Didaz, cf. Martino Flainez, cf. — 3^a col. Urraca et Gelvira, regis Fredinandi filie, cf. Ruderico Ovechez, comes Gallecie, cf. Rudericus Didaz, Ovetensis comes, cf. Pelagio Vellitez, dispensator regis, cf. — 4^a col. Petro Guterrez, cf. Didaco Alvarez, cf. Didaco Gundissalvez, cf. Gonsalvo Alvarez, cf. Alvaro Gonsalvez, cf. Aznar hic, ts. Petrus hic, ts. ¹

¹ El presente documento es posterior a la fecha que lleva, pues le confirma la reina Constancia, que no casó con Alfonso VI hasta fines de 1078, e incluye la donación real de Alfonso VI de 1081. Rodrigo, alférez del rey, y Pelayo Belchídez, mayordomo del mismo, aparecen en un documento real de 1079, mes de mayo, pero no antes (ESCALONA, *ob. cit.*, p. 476). El signo del rey no concuerda en su forma con los habituales del monarca por este tiempo, dato que podría indicar que el documento no es original, sino copia, hecha algunos años después, quizá después de muerto Alfonso VI, cuando ya no se conocía el signo habitual del monarca. El tipo de letra es de mayor altura que el corriente en los documentos reales de este tiempo; induciría también a pensar es posterior al reinado de Alfonso VI, pero no puede asegurarse con certeza.



16.

Otra redacción del privilegio anterior, con varias adiciones que la suponen escrita después de 1099.

(Vol. 2, parte I, n° 49, perg., letra visigoda; vol. 71, fols. 9-10; «E. S.», t. XXVI, p. 458.)

El tipo de letra es como el del anterior; su texto fué escrito después de 1099, y en él se han introducido las adiciones siguientes:

Antes de *In suburbio de Mesangos*: Offero etiam ad augmentum cibi et potus ibidem Deo servientium quoddam monasterium quod dicitur Sancta Eufemia de Coçuelos, et est in territorio de Ferrera. Et sic testor ad illam supradictam sedem illud monasterium quomodo et suum debitum quod illi monasterio pertinet vel pertinere debet cum vineis, terris, cultibus et incultibus, pomeria, arbores fructuosas et infructuosas, rivos, piscarias, molendinos, villas populas et heremas, decimas et omnes suas alias divisas, seu etiam hereditates, et quantum ad profectum hominis ibi inventum fuerit totum concedo Burgensi sedi perpetuo servitutum. Dono eciam monasterium quod dicitur Sancta Eulalia de Muçiehar cum omni sua hereditate et cum omni subiectione sua, quanta in testamentis eius resonat, etiam herema quam populata, et quanta ab episcopo et canonicis eius potuerit exquiri aliqua investigatione sive in giro aut semotim, sicut mihi accidit ex successione avorum et parentum meorum cum suprascripta villa que dicitur Muçiehar. Quod monasterium cum sua villa et cum toto suo debito hereditatis atque possessionis testor una cum uxore mea Constantia regina per petitionem domini Garsie Burgensis sedis religiosissimi episcopi.

Después de *Villam advocatam Mahomat et omnia ei pertinentia cum integritate*, añade: Cum terris, vineis, montibus, pascuís, pratis, padulibus, terminis, defesis antiquitus constitutis sicut sonat in regula, hoc est, de illa Covaia..... la foç S. Clementis, et per sumo cerro et descendit ad Val de Kali-

ce, vadit per semi. Simili iure dono monasterium quod vocatur Sancta Maria de Berbesica cum omnibus sibi pertinentibus, cum decaneis, cum collaciis et cum terris, vineis, molendinis, aqueductibus et reductibus, cum pascuis, pratis, egressibus et regressibus, totum ab omni integritate, sicut resonat in ipsa regula de Berbesica.

Suprime desde *Concedo autem proprio regali privilegio* hasta *Affirmo etiam*. Añade, en cambio, inmediatamente antes de la fecha: In hac eadem etiam institutione tali tenore concedendo iubeo ut de his hereditatibus quas libens Deo et Sancte Marie offero nullus homo habeat licentiam ducere in aliam partem set cum suo foro serviant Deo et beate Virgini Marie.

Finalmente, lleva en la espalda, escrito en letra francesa del siglo XII, y refiriéndose a la dehesa de Mahamut, lo siguiente:

Et quicumque homo ausus fuerit in silva illa ligna incidere, quinque solidos episcopo prefate sedis pro una quaque arbore exsolvat. Quod si quispiam ad cindenda ligna cum karro et bobus ausus fuerit intrare, episcopus predictae sedis karrum et bobes non timeat auferre atque in sede prior habere. Et si incisor lignorum cum lignis usque in domum suam fugerit, et custos silve persecutus eum fuerit, furtiva ligna sedi prefate reddere cogatur, et amissis spoliis fur in carcere detrudatur quousque de unaquoque arbore quinque solidos ab illo reddantur. Si vero in predicta defesa in pascendis gregibus ovium vel porcorum aliquis inventus fuerit, de uno quoque grege duos arietes vel duos porcos episcopo reddat, et insuper pascendi licentiam non habeat. Et si armenta boum vel greges equorum in predicta silva inventa fuerint, de uno quoque quadrupede reddito solidum, licentiam ulterius non habeant ulterius in ea demorandi. Si quis vero in illa causa venandi retia et laqueos tetenderit, aut cum canibus ad venandum intraverit, venationem, retia et laqueos perdat, propriis exutus vestibus nudus recedat ¹.

¹ La copia de este documento, registrada en el vol. 71, folios 9-11, incluye como propia del texto primitivo esta última adición; y así fué publicada por FLÓREZ, *E. S.*, t. XXVI, p. 468. Nótese asimis-

17.

Domingo Gómez y otras personas ceden unas viñas y posesiones en Hontoria de Cerrato al noble Pedro Ruiz y su mujer Eilo González. — Enero 13 de 1077.

(Vol. 71, n.º 162; «Cart. de Arlanza», p. 134.)

In Dei nomine. — Ego Domingo Gomeç et uxor mea domna Gontilde, et ego Cide Annaiaç, et ego Garcia Annaiaz et domna Vita et domna Cecilia, et ego Rodrigo Vermudeç ¹ et uxor mea domna Gotina, et ego Feles Ciprianiç et ego Fopa et ego domno Ecta et domno Vellite, magnum est titulus donationis in qua nemo potest homo actum largitatis inrumpere, sed quicquid grato animus et spontaneas voluntates nostras sic damus ego Domingo Gomeç et uxor mea domna Gontilde una vinea in valle de Nonnosco iusta vinea Sancti Johannis de Heremitas Cerrato ²; et ego Cide Annaiaç et Garcia Annaiaç et domna Vita et domna Cecilia sic donamus una vinea iuxta ipsa vinea de Domingo Gomeç; et ego Rodrigo Vermudeç et ego domna Gotina sic damus una vinea iuxta vinea de mea Fopa. Et ego Feles Ciprianiç sic do una vinea iuxta vinea de domno Vellite et de domno Ecta ad illos taliones, et una terra que fuit de Marguane ad illo molino mediano iuxta terra de domno Gomeç. Et ego Fopa sic dono una vinea in valle de Pepe, et alia vinea ad illos ziruelos iuxta vinea de Rodrigo Vermudeç. Et ego domno Ecta et domno Vellite sic damus una vinea ad illos taliones iuxta vinea de domno Feles.

mo que Flórez substituyó el nombre de García, obispo, por el de Simeón, fundándose en que la reina Constanca no vivía cuando el obispo García entró a gobernar la diócesis de Burgos.

¹ Este personaje figura entre los nobles de Fernando I como puede verse en *Cart. de Cardena*, pp. 43, 59, 86, etc., y en los documentos de este monarca a favor de Arlanza (*Cart. de Arlanza*, pp. 66, 74, etc.).

² Hérmedes de Cerrato, en tierra de Baltanás (Palencia).

Ego Dominico Gomeç et uxor mea domna Gontilde, et ego Cide Annaiaç et ego Garsia Annaiaç et domna Vita et domna Cecilia, et ego Rodrigo Vermudeç et uxor mea domna Gotina et ego Feles Ciprianiç et ego Fopa et ego domno Ecta et domno Vellite sic damus nos iam dictos, qui sumus nominatos in hanc carta donationis, sic damus ipsam hereditatem ad tibi Petro Rodriç ¹ et ad uxor tua domna Eilo Gundisalviç et ipsas vineas et ipsa terra qui sunt in termino in villa que vocitant Fonte auria ², discurrente rivo de Heremitas Cerrato. Et neminem pretermittimus qui ibidem disturbancem facere audeat de nostra gente, aut aliquis homo de qualibet generatione aut aliqua subrogata persona hanc vocem inquietare valuerit aut iuditio compulsaverit, pariet ad partem regis qui terram continuerit centum solidos in cauto, et ad tibi Petro Rodriç et uxori tue domne Eilo ipsa hereditate vel triplata in simile loco et ad vos et ad filios vestros. Hanc vero hereditatem ab hodie et deinceps sit abrasa de nostro iure et tibi Petro Rodriç et uxori tue sit confirmata per secula.

Facta carta donationis vel roborationis die III^a feria, idus januarii ³, in era M^a C^a XV, regnante rege Adefonso in Legione et in Castilla. Ego Domingo Gomeç et uxor mea domna Gontilde, et ego Cide Annaiaç et domna Vita et domna Cecilia, et ego Rodrigo Vermudeç et uxor mea domna Gotina, et ego Feles Ciprianiç et ego Fopa et ego domno Ecta et domno Vellite, qui hanc cartam donationis vel roborationis legentem audivimus, manibus nostris roboravimus, et coram testes roborare fecimus. Gomeç hic, ts. Vincentius hic, ts. Cide hic, ts. Munio hic, ts.

¹ Consta su nombre en 1046, y parece era hermano de Fernán Rodríguez, casado con doña Fronilde. En 1062 dió sus bienes situados en tierra de Muñó y Santo Domingo de Silos al monasterio de Arlanza (*Cart. de Arlanza*, pp. 93, 98, 134).

² Hontoria de Cerrato, colindante con Hérmedes; no existe ya.

³ Las idus de enero de este año cayeron en viernes y no en martes; pero los números VI y III se confunden fácilmente en la escritura visigoda.

18.

Alfonso VI cede al obispo Jimeno sus derechos en el monasterio de San Pedro de Campo a cambio de los monasterios de Hérmedes de Cerrato. — Mayo 21 de 1077.

(Vol. 34, fol. 49, copia contemporánea; «Cart. de El Moral», p. 10.)

In nomine triplo, simplo, divino. — Ego Adefonsus rex facio cartulam testamenti Domino Deo et Sanctę Marię semper virginis, genetricis Domini nostri Jhesu Christi, et vobis domno Simeoni episcopo et vestre congregationi de monasterio S. Petri de Campo, id est, dono atque concedo vobis illud monasterium cum suis terminis antiquis et cum decaneis, prediis, divisis atque populationibus vel quantum ad illud monasterium pertinet per talem roborem qualem in vestro testamento invenitur quem vobis feci de aliis vestris monasteriis vel villis. Et accipio de vos in commutatione monasteria que vocantur Heremite de Cerrato¹ cum omnia eis pertinentia, sicut męę sorores domna Urraka videlicet et domna Elvira tradiderunt vobis ob honorem Sanctę Marię. Do atque concedo vobis iam prefatum monasterium ut ex hoc die vel tempore vestro iuri sit stabilitum atque confirmatum. Si quis sane ex mea progenie aut ex qualibet persona hunc testamentum confringere conaberit, incurrat iram

¹ Estas ermitas o monasterios fueron cedidos a Cluny por Alfonso VI, según anotamos en el obispado de D. Jimeno; después vemos que la catedral de Palencia tenía, según consta por la bula de Honorio II, «ecclesiam S. Sebastiani de Hermitas cum omnibus pertinentiis suis»; finalmente pasó ésta a la abadía de Husillos, como prueba la bula de Alejandro III a favor de la misma «ecclesiam S. Sebastiani de Ermides». La abadía de Hérmedes, dignidad de la catedral de Palencia, probablemente corresponde a esta iglesia. Existe aún, y es de construcción mozárabe (*Catálogo monumental de Palencia*, t. I, p. 61). No sabemos si las iglesias o monasterios, objeto de este cambio, fueron también de esta abadía.

Dei omnipotentis et excommunicatus sit a fide sancta catholica, et cum Juda Domini proditore luat penas in inferno inferiori, et ipsud monasterium sit duplatum vel melioratum, vel pro ausu temerario auri libras exsolbat centum, et hunc privilegium sit firmum atque stabilitum. Facta cartula huius privilegii die Dominico XII kalendas junii era M. C. XV. Ego Adefonsus rex hunc testamentum fieri iussi, et legentem audiui, manu propria roboravi.

19.

El obispo Jimeno y su cabildo catedral ceden a Alfonso VI los cuatro monasterios de Hérmedes, que enumeran, a cambio del monasterio de San Pedro de Campo. — Mayo 21 de 1077.

(Vol. 71, n° 145.)

In Dei nomine unius et trini. — Ego Exemenus, quamvis indignus ecclesie Sancte Marie Burgensis episcopus, una cum collegio clericorum ibidem degentium facimus tibi domino nostro regi Adefonso cartulam concambiationis de monasteriis quod sorores tue tradiderunt nobis ob honorem Sancte Marie; et ipsa monasteria appellantur heremite de Cerrato, id est, monasterium Sancti Jacobi et Sancti Johannis, Sancti Martini atque Sancti Petri cum suis decaneis vel prediis et cuncta eis pertinentia, hoc tenore ut sit in eis regula Sancti Benedicti et more Cluniacensis cenobii, salva tamen obedientia vel subiectione nostre episcopalis ecclesie quam sancti canones commendant habere. Et accepimus de te domino nostro in commutationem alterum monasterium quod est in honorem Sancti Petri apostoli, qui dicitur de Campo, cum suis decaneis vel prediis et omnia ibidem pertinentia; damus atque confirmamus tibi ipsa monasteria ut ex hoc die vel tempore tuo iure sit stabilitum atque confirmatum. Si quis sane hunc testamentum confringere co-

naverit, ipsa monasteria duplata et pro ausu temerario auri exsolvat libras C., et hunc nostrum privilegium sit firmum vel stabilitum.

Facta cartula huius privilegii die dominico XII kalendas junii era M^a C^a VX. Ego quidem Simeon episcopus cum sodalitate clericorum in ecclesia Sanctę Marie commorantium, dum hunc testamentum legentem audivimus, manibus nostris roboravimus.

20.

El obispo Jimeno y su cabildo ceden al abad de Oña varias posesiones de su iglesia a cambio de otras que le da éste en tierra de Burgos. — Diciembre 17 de 1077.

(Vol. 31, fol. 215, orig., perg., letra visigoda; vol. 71, n^o 167.)

In Dei nomine unius et trini qui fecit cęlum et terram, maria et omnia que mobentur in ea. — Ego Simeon episcopus cum collegio clericorum Sanctę Marie, episcopali sede habitantium, cum nutu et consensu gloriosi principis domini nostri Adefonsi, facimus tibi Obidio abbati et monachis comorantibus in cenobio S. Salvatoris Onie cartulam testamenti de mutua donacione de villis et monasteriis sive hereditatibus quas tradiderunt et obtulerunt venerandi reges, Sanctius videlicet et Adefonsus ad honorem Sanctę Dei Genitricis Marie, quorum nomina hec sunt. In alfoçe de Verviesca villa Platano, illa porcione qua pertinuit regalibus iuris cum monasterio S. Martini ad integritatem et cum sua decania S. Stefani de Otero Martini. Et in Alkozero ecclesiam Sanctę Crucis cum domibus et hereditatibus domni Johannis, quantum illi pertinet. Et in Rigo de Tiron illa decania de Valerianicas ¹ cum vineis, terris et molendinis, quantum illi convenit ad integritatem. Et in Verbiesca, de illa decania de

¹ *Cart. de San Millán*, p. 240.

Faranluceia ¹ medietate, et illa vinea de abbate cum integritate. Et in Rigo de Pisuerga Villa Rodrico, illud quod regi pertinuit. Et in Castella Vetula cellam Sancte Columbe ad integritate; et in villa Lezemiana illud quod pertinet regi, et illos Kannares de Lombana ² cum integritate. Et in alfoçe de Paretas rubias ³ cellam Sancte Crucis cum integritate, cum montibus et fontibus, introitibus et exitibus cum universis suis pertinentiis ad integritatem. Hec omnia dedimus vobis iam dictis sicuti reges tenuerunt ita ut habeatis et vindicetis iure perpetuo.

Et pro his omnibus supra nominatis villis accepimus de vos villas et monasteria cum hereditatibus, id est, Rapiella Ferrugo ⁴ ad integrum cum suo saione qui currit super decem villas, id est, in ambas Fontes Aureas ⁵, et in Rapiella de la Fonte et in Rapiella de Campo, et in Salguero et in duos Cupiellos et in Motua Sancti Cipriani et in Motua de Zafalanes et in Quintana Seca. Accepimus etiam et in Fonte Aurea de iusu illa vestra portione; et in Cupiello de Senando illa vestra portione, et in Cupiello domni Cipriani illa vestra portione, et in Rapiella de Campo illa vestra portione, et cellam Sancti Romani ad integritatem, in Salguero illa vestra portione et cellam Sancti Andree cum omni integritate, in Motua de Sancto Cipriano illa vestra portione, in Motua de Cafalanes illa vestra portione, in Quintana seka illa vestra portione. Hec omnia iam supradicta que vobis de mutua donotione donamus, absque ulla iniuria saionis vel homicidii vel furti et de fossato et de annutha et de otero et

¹ Desconocemos su situación exacta.

² Lomana, en territorio de Quintana Martín Galíndez. El Lecifana anteriormente nombrado es Lecifana de Tobalina.

³ El alfoz de Paredes Rubias, provincia de Burgos, a orillas del Ebro, en tierra de Lora; linda con el partido judicial de Reinosa; existe aún el pueblo de Santa Cruz, pero pertenece a la provincia de Santander.

⁴ Revillarruz.

⁵ Hontoria de la Cantera, que comprende las dos Hontorias, de suso y de yuso, en que se dividía antiguamente.

de omni calumnia liberam vobis damus, et omne quod de vos accepimus simili cum tali libertate sumpsimus. Deditus etiam vobis in confirmatione istius cartule caballum, CL solidos valentem. Si quis tandem, quod absit, ex nostris successoribus, quod nefas est credere, dirumpere aut violare temptaverit hanc nostri testamenti cartulam, sit super illum anathema maranata, et in fine fiat concremandus per tartara; super hoc reddat duplatum vel melioratum illud quod auferre conaberit, et centum libras aureas pariet, et restituat regulę vestre et abbati, qui sancto cenobio illo in tempore prefuerit; et hanc nostram commutationem firmis et inconvulsibilis permaneat.

Facta carta series testamenti huius commutationis die notum V^a feria, XVI kalendas januarii, era M^a C^a XV, regnante piissimo et gloriosissimo principe Adefonso in Gallezia, Legione, Castella et Naçara. Igitur ego Simeon episcopus cum collegio clericorum Sancte Marie episcopalis ecclesie degentium, hanc cartam fieri iussimus et manibus propriis roboravimus.

21.

El abad de Oña cede al obispo de Burgos, con asentimiento de Alfonso VI, sus posesiones en tierra de Burgos. — Diciembre 17 de 1077.

(Vol. 32, n^o 292, orig., perg., letra visigoda.)

In Dei nomine unius et trini, qui fecit celum ac terram, maria et omnia que mobentur in ea. — Ego Obidius abbas cum omni collegio monachorum in cenobio S. Salvatoris Onę commorantium, cum nutu et consensu gloriosi principis domini nostri Adefonsi, facimus tibi domino nostro Simeoni et clericis episcopalis ecclesię cartulam testamenti de mutua condonatione de villis sive de hereditatibus quas ordinavit et obtulit venerandus Sancius comes ad honorem S. Salva-

toris Onie, nomina quorum hec sunt; Rapiella de Ferruz ad integrum cum suo saione qui currit super decem villas, id est, in ambas Fonte aureas et in Rapiella de la Fonte et in Rapiella de campo et in Salguero et in Cupiello de S. Cipriano et in Cupiello de Sennando et in Mutua de S. Cipriani et in Mutua de Zahalanes et in Quintana Seca. Addimus etiam et in Fonte aurea de susu nostra porcione et in ambos Cupiellos nostra porcione, et in Rapiella de Campo nostra porcione, cella S. Romani ac integritate, in Salguero nostra porcione, cella S. Andres cum integro, in Mutua de S. Cipriani nostra porcione, in Mutua de Zahalanes nostra porcione, in Quintana seca nostra porcione. Hec omnia dedimus tibi domino nostro Simeoni episcopo sicuti Sancius comes tenuit ita ut habeas et vindices iure perpetuo.

Et pro his omnibus supra nominatis villis accepimus de te villas et monasteria cum hereditatibus, id est, in Platano illa porcione que pertinuit regalibus iuris cum monasterio S. Martini ad integritate et cum sua decania S. Stefani de Oteru Martini; et in alfoze de Paretas rubias cella Sancte Crucis cum omni integritate, cum montibus et fontibus, introitibus et exitibus, cum universis suis pertinentiis ad integritate. Et in Alkozeru ecclesia Sancte Crucis cum domibus et hereditatibus domni Johannis, quantum illi pertinet. Et in Rigo de Tiron illa decania de Varalankas; in Rio de Buedo cella Sancte Marie cum vineis, terris, molendinis quantum illi convenit ad integritatem. Et in Verbesica, de illa decania de Faranluzela medietatem, et illa vinea que dicunt de abbate cum integritate. Et in Rigo de Pisuerga Villa Rodrico cum omne hoc que ad regem pertinet; et in Castella Vetula cella Sancte Columbe ad integritate. Et in Lezengana illud omne quod ad regem pertinuit, et illos Kannares de Lombana cum integritate. Hec omnia supra scripta que tibi mutua donatione donamus, absque ulla iniuria saionis, homicidii vel furti, de fossato et de anutuba, de oteru et de omni calumnia libera tibi damus, et omne quod de te accepimus simile cum tali libertate sumpsimus; et accepimus in confirmatione istius cartule caballum CL solidos valentem.

Si quis tandem, quod absit, ex nostris successoribus, quod nefas est credere, disrumpere aut violare temptaverit hanc nostri testamenti cartulam, sit super illum anathema maranata, et in fine fiat concremandus per tartara; et super hoc reddat sancte episcopali ecclesie hoc quod auferre conaverit dupplatum vel melioratum, et C. auri libras exsolvat ut hanc nostram mutuam donationem firmis et inconvulsibilis permaneat. Facta carta series testamenti vel commutationis die notum V^a feria XVI kalendas januarii, era TCXV, regnante piissimo et gloriosissimo principe Adefonso in Galicia et Leone, Castella simulque et Nazara. Ego namque Obidius supra dictus abba, hanc cartulam mutue donationis cum consensu monachorum in cenobio supra scripto degentium scribi iussi, manuque propria illis obedientibus hanc cartulam testamenti roborabi.

22.

García, su mujer e hijo entregan al obispo Jimeno y a su cabildo la iglesia y propiedad de Monte Odena, con la condición que pueda servirla, bajo la autoridad episcopal, un clérigo de su familia, si le hubiere. — Febrero 18 de 1078.

(Vol. 71, n° 163.)

In Dei nomine, unius et trini. — Ego Garsia et uxor mea Eldoara et filio meo Oveco, presbitero, nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio sed ut propria nobis accessit voluntas, ut traderemus nos Deo et Sancte Marie et tibi domino nostro Simeoni episcopo et collegio clericorum tuorum in eodem monasterio Deo et Sancte (sic) deservientium. In primis tradimus animas nostras simul et corpora; deinde tradimus nostra divisa propria et nostrum monasterium quem habemus in villa que dicitur Monte Odena¹, cum om-

¹ Desconocemos su situación geográfica; sólo diremos que en el Becerro de Poblet figura el año 1179 un Raimundo de Odena.

nia illi pertinentia, cum montibus, fontibus, pratis, pascuis, paludibus, molendinis, exitus et regressus, tam mobile quam immobile, omnia concedimus predicto monasterio, id est, Sanctę Marie de Gamonare. Ita dumtaxat ut quamdin vixerimus teneamus et possideamus illud sub iure vestro; post obitum vero nostrum si superfuerit ex genere nostro clericus aliquis qui dignus sit, etiam ipse sub iure vestro teneat illud; sicut vos iusseritis et ordenaveritis serviat vobis; quod si defuerit ex genere nostro clericus qui dignus sit, in arbitrio et potestate vestra successorumque vestrorum sit quem constituatis et supponatis in illud monasterium; nos vero in confirmationi istius cartule accepimus de vos caballum per oclorem rosellum, LX^a solidos valentem. Si quis vero ex genere nostro, nobilium aut ignobilium, potentum aut debilium, aut ex aliqua subrogata persona hunc nostrum scriptum disrumpere conaverit, et vocem contra te domino nostro vel successoribus tuis pro hac nostra voluntaria concessione levaverit, in primis incurrat iram Dei viventis in secula seculorum, et cum Juda Domini proditore luat penas in inferno inferiori, et in cauto LX^a libras auri vobis exsolvat, et illud monasterium cum illa hereditate duplatum vel melioratum vobis pariet.

Facta carta die consecrationis ipsius baselice, notum diem Dominico XII kalendas marcii era M^a C^a XVI^a, regnante gloriosissimo rege domno Adefonso in Legione, Castella, Naçara simul et Gallecia. Ego Garcia et uxor mea Aldovara et filio nostro Obeco, presbitero, qui hanc cartam fieri iussimus et legentem audivimus, manibus propriis ††† signos fecimus et coram testibus roboravimus.

23.

Alfonso VI ofrece al obispo Jimeno el palacio que fué de Fernando I, y la iglesia contigua de Santa María, que él edifica dentro de la ciudad de Burgos, para que en ella se establezca la sede episcopal con su cabildo catedral. — Diciembre 25 de 1081.

(Vol. 2, parte I, fol. 50, orig., perg., letra visigoda.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. — Ego Dei propitiatione Adefonsus, rex Ispanie, meorum non inmemor facinorum necnon delictorum, inmo sciens quod nemo nascitur sine vitiis sed facit que urget cum minimis, Dei ad honorem et sancte Dei Genitricis Marie iuxta palatium patris mei Fredenandi vel matris mee ecclesiam edifico in Burgen-si opido. Hanc vero eglesiam cum prefato palatio Deo Sancteque virgini Marie et tibi Simeoni aepiscopo concedo atque kartam testamenti facio, quatenus caput totius Kastle a cunctis aberi dinoscatur, necnon in ea pontificalis sedes abeat. In hac igitur eglesia canonizi commorentur, a quibus Deo sancteque Virgini Marie sollerter servitium exhibeat. Istius ergo kartule testamentum ne aliquando, quod absit, aliqua discentatione vacilletur, tali modo corroboratur, id est, ut si quisquam cunctorum viventium huic eglesie aliquam inguriam conferre decreverit, huiusmodi detrimentum patiatur, videlicet, quo igni inextinguibili cum Dathan et Abiron in averno tradatur.

Ista karta, facta die Natalis Domini, fuit corroborata in illo die. Era T^{ma} C. VIIIIX^{ma} et quod VIII kalendas januarii. (*Signo del rey.*) Ego Adefonsus, Dei gratia inperator totius Spanie, qui hanc possessionem Domino Deo sancteque Virgini Marie concedo, hoc testamentum manu propria corroboro. Ego Costancia, regina, uxor inperatoris Adefonsi, confirmo. — 1^a col. Sub Christi Gratia Bernardus Palentine sedis aepiscopus, cf. Dei ausilio Munio aepiscopus, cf. Comes

Gundisalus, Salvatori filius, cf. Munio, comes Asturiensis, cf. Rudericus Ordonniz, armiger regis, cf. Nunno Albariz, cf. — 2ª col. Ruderico Ovequez, comes Gallezie, cf. Roderico Didaz, Ovetensis comes, cf. Pellagio Vellitiz, dispensator regis, cf. Fredenando Didaz, cf. Martino Flayniz, cf. Petro Gutierrez, cf. — 3ª col. Senior Didaco Alvariz, cf. Didaco Gunsalviz, cf. Alvaro Gunsalviz, cf. Martino Santioniz, Kastle prepositus, cf. Gunsalvo Nunniz, cf. Alvaro Didaz, cf. Petro, ts. Bellite, ts. Azanar, ts. Johanne Baldemiriz qui notuit et, cf. † (*Signo.*)

24.

Pedro Fernández y su mujer Momadona dan al obispo de Burgos la iglesia de San Clemente de Ríoseras, por el alma de su hermano Rodrigo Álvarez. — Marzo 21 de 1082.

(Vol. 71, nº 165.)

In nomine Domini, unius et trini. — Ego quidem Petro Fernandez et uxor mea domna Mamadonna offerimus unum monasterium in villa que vocitant Rio de Seras, id est, Sancti Clementis, propter animam fratris nostri Ruderici Albariz¹; ab omni integritate concedimus cum sua divisa et quantum ad ipsum monasterium pertinet, ad aulam sancte Marie virginis et genitricis Dei et tibi Simeoni episcopo et tuo archidiacono domno Garsia et successoribus tuis qui post te militaturi fuerint in Sancta Maria; damus et confirmamus totum cum suis exitus, regressus, terras, vineas, fontes, montes, in pratis, pascuis, in paludibus, in aquis et

¹ Pedro Fernández eligió sepultura en Cardena, el cual dió su propiedad patrimonial en Ríocavado (*Cart. de Cardena*, p. 339); tuvo un hermano, llamado García Fernández. Se entiende que Rodrigo Álvarez fué hermano de la esposa de Pedro Fernández; figura entre los nobles de la corte real en tiempo de Fernando I y en otros documentos de la época (*Cart. de Cardena* y *Cart. de Arlanza*).

vices molinarum. Et ab hodie et deinceps sit ipsum monasterium cum sua divisa de nostro iure sit abrasum et in vestro sit confirmatum ut habeatis et vindicetis, teneatis firmiter usque in perpetuum. Si quis tamen de gente nostra, filius aut neptis vel aliquis homo, qui hunc factum nostrum ad dirumpendum venerit, iram Dei non effugiat sed cum Juda Domini proditore accipiat portionem in inferno inferiori in secula seculorum; et insuper regi terre XXX^a libras puri auri persolvat in cautum, et ipsum monasterium cum sua hereditate duplatum vel melioratum simili vel tali loco Burgensi sedi restituat.

Facta carta donationis vel roborationis notum diem feria III^a, XII kalendas aprilis¹ sub era M^a C^a XX^a, imperante rege Adefonso in Ispania. Et ego Petrus Fernandeq simul cum uxore mea Mamadonna, qui hanc cartam fieri iussimus et legentem audivimus et propriis manibus signa fecimus † †, et testibus ad roborandum dedimus. Antonino Nuneq, cf. Vermudo Guterreç, cf. Martinus Sangic, prepositus regis, cf. Lope Tateç, cf. Nunno Munioç, cf. Nunno Albareç, cf. Vermudo Eia Vidaç, cf. Petrus Sarracineç, cf. Johannes Didaç, cf.

25.

Alfonso VI otorga al hospicio o alberguería real de Burgos la villa de Arcos, la iglesia de San Juan de Burgos y diferentes derechos en la ciudad, exenciones y fueros. — Febrero 22 de 1085.

(Vol. 71, n^o 146.)

In nomine Domini nostri Jhesu Cristi, regnantis et permanentis in secula seculorum, amen. — Ego Adefonsus, divina gratia rex et imperator, propria mea mente et spontanea voluntate, pro venia peccatorum et retributione celestium gau-

¹ El 21 de marzo de este año cayó en lunes.

diorum, do atque concedo una villa mea propria ab integro, qui est ex meo rengalengo, ad illa albercaria que est in civitate Burgis, ut deserviat ibidem in usum pauperum et sustentatione peregrinorum; et est illa villa vocitata Arcus, in ripa rivulo Kavia in alhoze de Bureus, cum terris, vineis, montes, fontes, pratis, pascuis, paludibus, arbores fructuosas et infructuosas, terras ruptas et inruptas, petras mobiles et immobiles, sesicas molendini cum suis aquis ductilibus, solares populosos quam heremos, homines habitantes in ea vel qui venerint ad habitandum, accessum vel regressum per locis et antiquiores suis terminis per ubique ea potuerint invenire, ab omni integritate concedo ad hunc locum supra nominatum. Et una ecclesia quam dicunt Sancti Johannis apostoli et evangeliste in illa veica inter duo flumina Aslanço et rivum de Vena super civitatem Burgensis, cum sua sepultura et ortis vel terris qui in circuitu sunt prope illa ecclesia; et uno furno in barrio Sancti Laurentii, etiam et illo prestamo qui modo tenet senior donno Juliano, terras et vineas et molinos, et IV escusatos, et uno orto cum suo ortolano, et V^a feria portatico de lenia et de carvone.

Et illos homines qui morantes fuerint in illa quam superius scripsimus villa, habeant suos iudicios per foro de Burgos, et non intret saio neque pro homicidio, nec pro rauso, nec pro fossatoria neque pro ulla qualecumque supposita mala, sed stet totum illesum et intemeratum per hanc scripturam sine ullo pavore. Quatenus omnipotentis Dei gratia sic me concedat temporalem vitam feliciter transire ut ad eterna gaudia cum sanctis omnibus merear pervenire. Quod si quis deinceps rex vel alia potestas seu aliquis homo hunc scriptum pro anima mea factum infringere voluerit, vel de rebus istis aliquid abstrahere conaverit, deleatur nomen eius de libro vite et in hoc seculo in corpore penam recipiat et in futuro cum impiis sine fine dampnetur.

Facta carta donationis VIII kalendas marci et era M^a C^a XXIII^a. Ego Adefonsus, Fredinandi et Sancie regine filius, tocius Ispanie imperator egregius, hunc scriptum pro anima mea factum, propria manu confirmo. Constantia, domina et nobilissima regina, coniuge de imperatoris et aman-

tissima, confirmo. Urraca et Gelvira, Fredinandi principis filias, confirmant. Didacus, Yliensis sedis episcopus, cf. Gomiço Burgensis gratia Dei presul, cf. Pelagius, Legionensis sedis episcopus, cf. Osmundus, Astoricense sedis episcopus, cf. Abbas de predicta Castella: don Oveco Oniensis, cf. Abbas Donnus Albaro Sancti Emiliani cenobio, cf. Abbas Sebastianus Karadigna regente, cf. Abbas Vincentius Sancti Petri Eslança, cf. Abbas Fortunius Sancti Sebastiani Silus, cf. Vermudus Ruderiquiç, cf. Ruderico Munniç, cf. Gomeç Gonçalviç, cf. Comes Petro Assuriç, cf. Martino Adefonso comes, cf. Fredinando Aremundiç, comite, cf. Pelagio Gomeç, cf. Gundisalvo Adefonso, cf. Pelagio Vellitç, maiordomus in palacium regis, cf. Pelagio Domingeç, maiordomno in Legione et in Campos, cf. Ruderico Ordonniç, armiger regis, cf. Petro Johannis, maiorino in tota Castella, cf. Munio Didaç, cf. Alvaro Didaç, cf. Alvaro Hanniç, Sebastiano Petriç, cf. Petro Fernandiç, cf. Didaco Alvariç, cf. Didaco Gonzalviç, cf. Comite Garsea Ordonniç, cf. Gundisalvo Alvariç, cf. Alvaro Gonzalviç, cf. Alvaro Didaç, cf. Gonzalvo Nunniç, cf. Ruderico Gonzalviç, cf. Gundisalvo Flainiç, cf. Fredinando Petriç, cf. Garsea Munniç, cf. Cidi Didaç, cf. Loppe Ennequeç, cf. Loppe Sangiç, cf. Didaco Sangiç, cf. Petro Vermudiç, cf. Didaco Maurelliç, cf. Sarraçino Alvariç, cf. Martino Alvariç, cf. Petro Alvariç, cf. Munio Fernandiç, cf. Gutier Fernandiç, cf. Didaco Fernandiç, cf. Han Pelagiç, cf. Vermudo hic testis. Salvator hic testis. Petro hic testis. Ruderico hic testis. Domenco hic testis. Feles hic testis. Johanne qui notuit.

26.

Otra redacción de la escritura anterior, donde se incluyen además las villas de Rabe, Villarmentero, Castellanos y Villasidro como otorgadas por Alfonso VI al hospital real de Burgos. — Febrero 22 de 1085.

(Vol. 5, parte I, fol. 27, copia del siglo XII.)

XPS. — In nomine Domini nostri Jhesu Christi, regnantis et permanentis in secula seculorum, amen. Ego Alfonsus, rex divina gratia et imperator, propria mea mente et spontanea volumptate, pro venia peccatorum et retribucione celestium gaudiorum, do atque concedo quinque villas meas proprias ab integro, que sunt ex meo regalendo, quas pono ad illa albergeria que est in civitate de Burgis, ut serviant ibi ad usu pauperum et substentacione peregrinorum; et sunt illas villas vocitatas Arcos et Rave et Media villa Armentero, Castellanos et Villa Issidro in Trevinno; et istas villas cum suos terminos et suas eredades ubicumque fuerint, terras, vineas, montes y fontes, pratis, pastos, arbores fructuosos et infructuosos, terras ruptas et inruptas, molinos cum suis aqueductilibus, solares poblados et ermos, omnes habitantes in eas sive qui venerint ad abitandum, accessum et regressum per locis ubicumque homo potuerit anticus eas invenire, ab omni integritate concedo ad istum locum supra nominatum. Et adhuc una ecclesia, que dicitur S. Johanis de la Vega, que est inter duo flumina Aslanzon et riu de Vena super civitatem Burgos, cum sua sepultura et ortis vel terris que in circuito eius sunt ecclesia; et uno furno in bario de S. Laurentii; et illos prestamos quod tenet domnus Julianus, terras et vinnas et mollinos; et IV excusados, et uno hortolano, et V^a feria portadgo de leinna et de carbone. Et illos homines qui morantes fuerint in illas villas, quam superius scripsimus, habeant suos iudicius per foro de Burgos; et non intrent in istas villas saione, non pro

omicidia neque per nulla occassione mala, sed stet totum inlesum et intemeratum per ista scriptura sine nullo pavore; et accipiant cotidie ab ipsis iudeis II solidos et I denario et in V feria sua misura de sal. Quatinus omnipotens Dei gratia sic me concedat temporalem vitam feliciter transire ut ad eterna gaudia cum sanctis omnibus merear pervenire. Qui si quis deinceps etc., et abeat iram S. Micaelis arcangeli cum coro Angelorum; et abeat iram S. Petri apostoli, qui habet potestatem ligandi adque solvendi cum coro apostolorum; et abeat iram S. Stefani protomartiris cum coro martirum; et abeat iram S. Martini cum coro confessorum; et non abeat partem in prima resurrectionis sed semper partem habeat in inferno inferiori cum Juda traditori. Fiat, fiat, amen.

Facta carta donationis VIII kalendas marci era MCXXIII. Et ego Alfonsus, Fernandi regine filius, Ispanie imperator egregius, hoc scriptum pro anima mea factum propria manu confirmo. Constantia regina imperatoris, cf. Urracha et Elvira Fernandez, cf. Gomez, episcopus Burgis, cf. Sanctius, episcopus Kalaforrensis, cf. Pelagius, eps. Leone, cf. Osmundo, eps. Astorga, cf. Abbas Alvaro S. Miliani, cf. Abas Fortunius S. Sebastiani, cf. Johanes, abas de Onna, cf. Gartia, comite, cf. Martinus, cf. Petrus, comite, cf. Gonsalvo Nunez, cf. Alvaro Diaz, cf. Rodrigo Gonsalvez, cf. Lohp Santiez, Diac Santiez, Gutier Fernandez, cf. Gustio Rodriz, cf. Gutier Monioz, cf.

Ego rex Alfonsus et imperator, qui hanc cartam fieri iusso, legente audiavi et de manu mea signum feci † et roboravi cum omnibus istis qui supra sunt nominati.

27.

Tercera redacción del mismo privilegio, que a las donaciones de la anterior agrega diferentes prerrogativas, fueros y exención de tributos que parecen propias del siglo XII. — Febrero 22 de 1085.

(Vol. 5, parte I, fol. 1, copia del siglo XII; vol. 71, n° 111; GONZÁLEZ, «Documentos de Simancas», t. V, p. 25, publica esta escritura según la confirmación de Fernando III, expedida en Burgos a 15 de enero de 1237; «Bol. Monumentos de Burgos», año 1934, p. 94, reproducción del documento según el original de la confirmación de Fernando III; le preceden noticias históricas sobre los pueblos mencionados en la escritura.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, regnantis et permanentis in secula seculorum. — Ego Adefonsus, divina gratia rex et imperator totius Hyspanie, propria mea mente et spontanea voluntate, pro venia peccatorum et retributione celestium gaudiorum do atque concedo quinque villas meas proprias ab integro que sunt ex meo regalengo ad illam albergueriam que est in civitate Burgis ut deservient (*sic*) ibidem pauperibus et sustentatione peregrinorum. Et sunt illas villas vocitatas Arcos, Rave et Media villa Armentero in alhoze de Burgos, et Castellanos in alhoze de Castro et Villa Hesidro en Trevinno. Et do eis predicto hospitali cum terris, vineis, montibus, fontibus, pratis, pascuis, arboribus fructuosis et infructuosis, terris ruptis et inruptis, mobiles et immobiles, sesicas molendini cum suis aquis ductilibus, solares populatos et heremos, homines habitantes in eis vel qui venerint ad habitandum, accessum vel regressum per loca ubi antiquus homo potuerit invenire, ea ab omni integritate concedo ad hunc locum supra nominatum. Jubeo etiam ut nullus homo sive femina habeat potestatem neque licentiam de istis villis levare suam hereditatem in aliam aliquam partem.

Simili modo dono una ecclesiam quam dicunt Sancti Johannis apostoli et evangeliste in illa vega de Burgos, inter duo flumina Arlanzo et rio de Vena cum sua sepultura et

ortis et terris que in circuitu eius sunt prope illam ecclesiam; et unum furnum in barrio Sancti Laurentii; etiam illos pres-
tamos que modo tenet senior don Jullian, terras, vineas, mo-
lendinos, et quatuor escusados cum suo ortolano. Do etiam
predicto hospitali ut accipiat cothidie ab ipsis iudeis de Bur-
gos duos solidos et unum denarium, et quinta feria accipiat
portaticum de lenia et de carbone et unam mensuram salis.

Adhuc etiam do aliud forum predictæ alberguerie, quod
quicumque fuerit eius collacius vel qui habuerit hereditatem
sub iure predicti hospitalis non det portaticum nec pectum
in toto regno meo, et nullam faciat fazenderam nisi predicto
hospitali, et non intret in suis collaciis sahon nec merinus
pro homicidio nec pro rauso nec pro fossadera nec pro ulla
causa qualecumque mala. Et si aliquis infanzon vel villanus
cum eis iudicium habuerit pro homicidio vel pro aliqua de-
mandanza, veniant ad iudicium ad Burgos et iudices de Bur-
gos iudicent iudicium, et ipsi compleant suum forum in suis
locis et non exeant inde neque ad medianedum neque ad
aliud locum, et iuratores quos dare debuerint tales sint quod
sint christiani et ad coniurationes sapiant respondere amen.

Adhuc etiam do quod quicumque fuerit collatius predic-
te alberguerie non pignoretur pro ullo nisi pro proprio suo
debito, vel qui fuerit eius hospitalis collacius; et nullus reg-
ni meo qualiscumque sit sine voluntate domini hospitalis
vel alterius qui pro eo fuerit, in hereditatibus vel collaciis
pertinentibus eidem hospitali comedat nisi gratis ei datum
fuerit. Hoc totum illesum et intemeratum sit per hanc scrip-
turam sine ullu pavore, quatinus omnipotentis Dei gratia sic
me concedat temporalem vitam feliciter transire ut ad eter-
na gaudia cum sanctis omnibus merear pervenire. Quod si
quis deinceps rex vel alia potestas sive aliquis homo hunc
scriptum pro anima factum infringere voluerit, vel de rebus
istis aliquid abstraere conaverit, deleatur de libro vite et
dampnetur inferno inferiori, et insuper in captu domini se-
cularis quinquaginta libras auri persolvat, et hoc quod abs-
tulerit dupliciter restituat.

Facta carta donationis octavo kalendas marcii era
M^a C^a XXIII^a. Ego Adefonsus, Ferdinandi et Sancie regine

filii, totius Hispanie imperator egregius, hunc scriptum propria manu, confirmo. † (*Signo*) ¹. Constantia coniux imperatoris et nobilissima regina, cf. — 1^a col. Urraca et Elvira, Fredinandi regis filias, cf. — 1^a col. Didacus, Iliensis sedis eps., cf. Gomizo, Burgensis presul, cf. Pelagius, Legionensis sedis eps., cf. Osmundus, Astoricensis sedis eps., cf. Sancio-nus, Calagorrensis eps., cf. Dominicus (Ovecus?), Onien abbas, cf. Abas Sebastianus Caradigna, cf. Abas Vincencius Elisanza, cf. Abas Fortunius de Silos, cf. Gomez Gonsalvet, cf. — 2^a col. Alvaret, cf. Alvar Gonzalvi, cf. Gonzalvo Nunnez, cf. Nunno Alvaret, cf. Antoninus Nunnet, cf. Gundisalvus Flainet, cf. Ferdinandus Petri, cf. Garcia Nunnet, cf. — 3^a col. Sancii, rb. Petrus Vermuet, rb. Didacus Maureliz, rb. Serrazin Alvarez, rb. Martinus Alvarez, rb. Petrus Alvaret, rb. Munius Ferdinandit, rb. Gutier Ferdinandit, rb. Didacus Fernandit, rb. Han Pelagii hic testis. Johanes, notarius imperatoris, titulavit.

28.

Pedro Díaz otorga a la iglesia de Salas de Bureba su propiedad en esta villa y otros pueblos de la región; caso de tener hijos, pasarán a ellos estas posesiones, quedando para la iglesia el quinto de las mismas. — Abril 5 de 1085.

(Vol. 71, n.º 166.)

Sub nomine Patris et Filii gratiaque Spiritus Sancti. — Ego Petrus Didac², licet indignus, nullusque persuassionis ingenio sed divino ardore accensus, non coactus sed spontaneus, non invitus sed voluntarius, mortem timendo, infernumque pavendo placuit animo meo sic fatio pactum vel

¹ El signo real no es el de Alfonso VI, sino el de Alfonso VII, con esta inscripción: *Signum imperatoris*.

² Menciona a este personaje una escritura del monasterio de Arlanza, fechada en 1092 (*Cart. de Arlanza*, p. 162).

stabilitatem ad atrium Sancte Marie semper virginis, cuius basilica sita est in villa cuius vocabulo est Salas. Sic trado seu concedo in Salas meas hereditates et meas casas et totam meam proprietatem quam nunc habeo et quantum deinceps acquirere potero cum omni integritate. Et in Barriolo ¹, meas casas cum suis hereditatibus et cum omnibus que ad me pertinent ad integrum. Et in Barcina ² meas hereditates et meam divisam cum omni integritate. Hec omnia superius iam dicta concedo Deo et Sanctę Marie tam terras quam vineas seu divisas, casas cum introitu, cum montibus vel fontibus, in locis iam dictis cum integritate.

Si ego Petrus filios habuero, qui possideant meum ganatum et meas hereditates, mea quinta pars sit confirmata de omnibus meis rebus ad atrium Sanctę Marie. Et si obiero antequam filios generem, omnia que hic resonant sint confirmata per seculorum secula. Quod si ego donator vel quispiam homo, parva vel magna persona, hoc meum prescriptum minuere, tollere vel dirumpere ausus fuerit, nullatenus audeat vindicare, sed si vana presumptione arreptus ali, qua iniuria voluerit inferre, aut pactum meum dirumpere, descendat super eum ira Dei atque ab omni cetu christianorum exclusus sit, et a sancta mater ecclesia anathematizatus, et cum Juda proditore deputatus, et illuc ab igne in perpetuum crematurus, amen; et super damna secularia exsolvat a parte regis auri libras decem, et omnia que hic resonat in duplo vel triplo.

Facta carta pactum vel stabilitatem in era M^a C^a XX^a III^a, notum diem die sabbato nonas aprilis, regnante Domino nostro Jhesu Christo et sub eius imperio serenissimus rex Adefonsus obtinens imperium in Legionem et in Castella seu Callecia. Ego vero Petrus Didac, qui hoc pactum fieri iussi et legentem audiui, manibus meis signavi † et confirmavi. Petrus hic, ts. Johannes hic, ts. Martinus hic, ts.

¹ Un Barruelo existe en tierra de Medina de Pomar, pero debe referirse a otro sito en Bureba, mencionado en algunas escrituras de Oña, que le suponen cercano a Oña.

² Bárcena de Bureba, cerca de Lences.

29.

Osmundo, obispo de Astorga, cede a la catedral de Burgos y su obispo Gómez la iglesia de Santa Eulalia de Muciear, reservándose el usufructo por su vida y el derecho de ser rector de la misma alguno de sus parientes bajo la dependencia del obispo de Burgos. — Febrero 15 de 1086.

(Vol. 34, fol. 39, orig., perg., letra visigoda, en mal estado de conservación.)

Summe et individue..... qui cuncta ex nichilo creavit, visibilia et invisibilia, cuius regnum et imperium iugiter permanet in secula, amen. Ego Hosmundus, Dei gratia Austoricensis ecclesie episcopus, proculdubio cognoscens quia pius et misericors Dominus implorantibus eius clementiam et auxilium sue benedictionis clementissime impertit, ideo in ipsius nomine volo honorare et ditare sacratissimum altare Sancte Marie Virginis¹, ubi sedes Burgensium presulum et domni mei gloriosissimi Gomizi, qui sue dignitatis gradus tantum clarificat pontificem, quatinus illi qui in illo pontificali loco Deo et..... is domno episcopo G. sunt servientes habeant presentis vite solatium, et ut vigilantius et studiosius valeant sacrificium laudis offerre Deo et vobis domno gloriosissimo episcopo incessanter servire; dono enim bono animo et spontanea voluntate mea omnipotenti Deo et sanctę Marię virginis ubi sedis Burgensium presulum consistit, et vobis domno episcopo, qui in eadem presenti ecclesia consistis, vobis dono sicut supradictum est necnon successoribus vestris illam ecclesiam Sanctę Eolalie cum omnibus suis adiunctionibus vel hereditatibus quantas ad eam pertinent ecclesiam.

¹ Este detalle y la circunstancia de haber sido otorgada la escritura en domingo hacen sospechar que con esta fecha se consagró la nueva catedral de Burgos.

Hec enim Sanctę Eolalie domus, que supra est nominata, est sita est in alfoze de Castro, in loco qui nuncupatur Muzesere; et sunt suas afrontationes vel terminos de isto monasterio, ex una parte est via que discurret ad S. Jacobum, de II^a parte Quintanella, de III^a Junkeira, de IIII^a parte Fitero; hanc itaque domum et monasterii institutionem serenissimus rex et imperator ex regimine suo abstraxit, et cum essem clericus in domo sua, michi ad heredandum et ad vindicandum et donandum ad unum ex suis monasteriis ubicunque voluissem dedit, ita ut etiam post obitum meum si fratrem haberem aut aliquem ex progenie mea, qualiter hereditasset et servisset ad supradictum monasterium necnon et domino cui subiugatus fuerit, tali enim pacto et conventionem ego Osmundus, gratia Dei Austoricensis ecclesię episcopus, vobis domno meo gloriosissimo presuli G. facio textum scripturę donationis, ut in diebus vitę meę vobis serviam cum hanc hereditatem, et post obitum meum de fratribus meis seu de progenie mea seu alicui cui consentire voluero hereditet et serviat vobis necnon et successori vestro sicut domino suo.

Si quis vero, quod minime credo, ego vel aliquis homo, qui hoc testamentum meum ad inrumpendum venerit vel venero, tam de propinquis quam extraneis, tum regia potestas quam populi universitas, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, maledictus permaneat a fide catholica, et cum Juda Domini traditore penas lugeat in eterna dampnatione; et post dampna temporalia ad partes potestatis auri talentas (*sic*) tres exsolvat, et si quid..... auferre voluerit quomodo in duplo vel in triplo reddat, et hoc textum scripturę donationis firum habeat roborem.

Facta karta donationis notum diem XV kalendas marcias in era M^a C^a XX. IIII..... in Castella et in Tolletu. Ego enim Hosmundus, gratia Dei Austoricensis episcopus, qui hanc kartam confirmationis fieri iussi et relegendem audiui, manu mea signum † iniēci.....; testamentum et scripturę donationis textum vos domnus G. mulam bonam et nobilem castaniam persignatam michi et Sanctę Eolalie domui tradidit..... — 1^a col. Archiepiscopus Bernardus, electus in Toletu sede, cf. Sebastianus, episcopus electus in Legione se-

dis, cf. Reimundus Palentine sedis, cf. — 2^a col. Comes Petrus Assuriz, cf. Comes Martinus, cf. Petrus Johanis, cf. — 3^a col. Gudisteo Belasco, ts. Cite Munnioz, ts. Pelagio Fortes, ts. — 4^a col. Gudistio Salomuniz, ts. Vida? Fannez, ts. Martine Stephaniz, ts. Johannes scripsit et signum iniecit. (*Signo.*)

(*De letra distinta*): Ego Adefonsus, Dei gratia totius Spanie imperator, hoc factum confirmo et corovoro. (*Signo del rey.*) Johanne Baldemiriz.

30.

Pedro Díaz declara haber construído la iglesia de Santa María de Salas de Bureba, a la cual ha dotado con todo su patrimonio y elegido su sepultura en ella; la somete al obispo de Burgos con toda su propiedad, reservándose el usufructo por su vida. — Noviembre 13 de 1087.

(Vol. 71, n^o 164.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis. — Ego Petrus Didaç, ratus sum Domini clementia adipisci meorum peccatorum veniam, ad honorem et gloriam sanctę Dei Genitricis Virginis Marie, construxi ecclesiam in villa quę nuncupatur Salas in mea propria hereditate et libera, firma etiam stabilitate, nullo timore nec regis violentia, vel alicuius subdente, omnia mea predia, divisas et villas, cum habitatoribus, plenas quam depopulatas, cum omnibus que ad eas pertinent, cum exitus et pascuis, fontibus et aquis, montibus, molendinis et solaribus. Illam etiam meam hereditatem de Salas, sicut supra scripsi, nullo terrore, verum pro delictorum purgatione eius honori, videlicet, supra memorate basilice corroboravi, concessi et aditulavi, ubi etiam post mundi huius decursum meum corpus sepulture tradi constitui. Igitur ut maior gratia potiori merito adscriberetur, celsitudini Ge-

nitricis Dei sacre Marie Burgensis sedis meoque patrono reverendissimo Gomesano, presulatus illius sedis apice sublimato eiusque successoribus sacroque canonicorum collegio, ibidem Deo et Sanctę Marie obsequium impendenti, perpetuo titulo, post meum tamen obitum, supradictam ecclesiam voluntaria exigente mente cum honorificentia et ingenuitate et hereditatis stabilitate tradidi et stabilivi, quatenus perpetuę Virginis merito intercedente, devotorumque clericorum oratione interveniente, sanctorum cetui adgregari merear in cęli cacumine.

Itaque si quis meorum filiorum, propinquorum vel extraneorum, principum aut regum, hanc cartam donationis vel corroborationis contradicere, disrumpere aut inquietare voluerit, sit anathema maranatha, Dei vindictam non effugiat, et cum Juda Domini proditore sub baratri arceatur adustione; regie vero potestati L^a libras auri puri persolvat; ecclesiam insuper cum omnibus quę ad eam pertinent duplata in territorio similis loci reddat; hoc scriptum firme permaneat.

Facta carta noto die feria II^a, idus novembris¹, era M^a C^a XXV^a, imperante gloriosissimo rege Adefonso in Toletto, in Castella, in Legione et in Gallecia sive in Pampilona. Ego igitur Petrus Didaç hoc privilegium fieri precepi et proprie manus signo taliter † depinxi, et coram presentibus testibus roboravi. Ego Gustio Ruderig, roboravi. Ego Martino Gundisalviç, roboravi. Ego Pelagio Sonnaç, roboravi. Dominico, testes. Johannes, testes. Garsia, testes. Dulcifluus cartam scripsit Vincencius istam.

¹ Las idus de noviembre cayeron este año en sábado.

31.

Demarcación de límites entre la diócesis de Burgos y la nuevamente restaurada de Osma, dispuesta en el concilio de Husillos por el legado pontificio, con aprobación del rey y de los concurrentes al mismo. — Husillos, año 1088.

(Vol. 48, fol. 1, orig., perg., letra romana; «Cart. de Silos», p. 41; LABBE, «Concilia», t. XII.)

Anno ab Incarnatione Domini M. octogesimo VIII^o, era TCXXVI^a, regnante gloriosísimo Adefonso imperatore in Toledo, Legione, Gallecia, Castella et Nagara, facta est sinodus in ecclesia Sanctę Marię de Fusellis apud Castrum Motson, presidente domno Ricardo vicario sanctę Dei Romanę ecclesię, presente cum eo domno Bernardo archiepiscopo Tolemano et archiepiscopo domno Petro Aquense, residentibus cunctis episcopis regni ipsius gloriosissimi regis, videlicet Dumiensi episcopo Gundisalvo, Aderico Teudensi episcopo, Ariano Ovetense episcopo, Osmundo Asturicensi episcopo, Raimundo Palentino episcopo, Petro Legionense episcopo, necnon electis in ministerium episcopii Petro in ecclesia beati Jacobi, Martino in ecclesia Conimbriensi, Sigefredo in ecclesia Nagarensi, Petro in ecclesia Oriense; presentibus itidem abbatibus Fortunio in monasterio Exiliensi, Vincentio in monasterio S. Petri Asilance, Didaco in monasterio S. Facundi; electis etiam in abatie regimen Johane in monasterio Oniensi, Petro in cenobio S. Petri Caradigne.

Cum consilio et consensu supradicti catholici regis sed et episcoporum, abbatum, principum et procerum ipsius regni necnon tocius concilii, facta est divisio inter Hoxomensem et Aucensem episcopatum, qui noviter Burgis translatus est; et quia Hoxomensis episcopatus prius a Sarrace-

nis invasus cotidie per misericordiam Dei redintegratur, quoniam confinia eorum et termini incerti habebantur, et quia iugis contemptio erat inter Bernardum, Toletanum archiepiscopum, ad quem Hoxomensis ecclesia metropolitano iure pertinet, et Gomizonem, Aucensem seu Burgensem episcopum, assenciente videlicet utraque parte, visum est saniori consilio sic determinare parrochias eorum, ut a fine Canatanazore et de Murello et Argança et castri qui dicitur Mesella et castri quod dicitur Spega, et a villis quę dicuntur Congosto et Buezo et sicut aqua ipsa currit et labitur in Arandam, aqua que discurrit per Cluniam et pertransit ipsam Cluniam usque ad Pennam de Aranda donec labitur in fluvium Dorium, et omnes ville ex hac parte fluminis Arande in quibus currit saio de Clunia, necnon trans fluvium Dorium castrum Materiolum et Vocikellas et usque ad civitatem septempublicensem et quicquid ultra continetur decerneretur esse Hoxomensis ecclesię. Illa vero quę citra sunt a terminis prenotatis versus septemtrionalem plagam Aucensis ecclesia iure perpetuo possideat.

Sane si quis archiepiscopus, episcopus, rex, comes, princeps aut aliqua potestas seu quelibet ecclesiastica persona definitionis huius paginam pertinaci audatia violare vel in aliquo infirmare temptaverit, reum se de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris Jhesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine cum sinistris deputatus districte ultioni subiaceat.

Ego Adefonsus, divina preordinante gratia Hispaniarum rex, supra nominatam divisionem fieri volui, manu propria firmavi ¹.

Ego Ricardus, sanctę Dei Romanę ecclesię vicarius, huic concilio presidens laudo manumque propria confirmo ².

Ego Bernardus, Toletanus archiepiscopus, finium Hoxo-

¹ Esta suscripción real va escrita en letra mayúscula, ocupando el centro del pergamino ella sola.

² Va escrita esta suscripción de letra mayúscula más pequeña que la del rey, y también ocupa el centro del pergamino.

mensis ecclesie defensor et investigator, supra scriptam divisionem laudo manuque propria corroboro ¹.

1ª col. Ego Petrus Aquensis archiepiscopus, cf. Ego Gomessanus Burgensis eps., cf. Ego Gundisalvus Dumien-
sis eps., cf. Ego Adericus Tudensis eps., cf. Ego Arianus
Ovetensis eps., cf. Osmundus Asturicensis eps., cf. — 2ª col.
Ego Raimundus Palentinus eps., cf. Ego Petrus Leionen-
sis eps., cf. Ego Petrus, in ecclesia beati Jacobi electus, cf.
Ego Martinus, in ecclesia Conimbriensi electus eps., cf. Ego
Sigefredus, in ecclesia Nagarensi electus eps., cf. Ego Pe-
trus, in ecclesia Oriense electus eps., cf. — 3ª col. Ego Fortu-
nio Exiliensis abbas, cf. Ego Vincentius S. Petri Arelicensis
abbas, cf. Ego Didaco monasterii S. Facundi abbas, cf. Ego
Johanes in monasterio Oniensi electus, cf. Ego Petrus in mo-
nasterio S. Petri Caradigne electus, cf. — 4ª col. Ego Garsias
Nagarensis commes, cf. Ego Petrus commes de Carrion, cf.
Ego Fredinandus commes, cf. Ego Martinus commes, cf. Ego
Rudericus Ordoniz princeps, cf. Ego Gundisalvus Nuniz prin-
ceps, cf. Ego Rudericus Gonsalvez princeps, cf. Ego Albari
Didaz princeps, cf. Ego Lop Sangez princeps, cf. Ego Didac
Sangez princeps, cf. Ego Bermudo Rodriz priceps, cf. Ego
Petro Alvarez princeps, cf.

32.

Vellite y sus hermanos se entregan con sus personas y bienes al monasterio de San Miguel para vivir en él bajo la obediencia del obispo de Burgos, D. Gómez. — Diciembre 8 de 1088.

(Vol. 71, nº 171.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi.—Ecce nos omnes indigni, commorantes in loco qui dicitur dedicatio Sancti

¹ Esta suscripción está debajo de la del legado, en medio del pergamino, pero su letra es minúscula, como la de toda la escritura.

Michaelis Archangeli et sociorum eius, placuit nobis, scilicet michi Vellite et germano meo Gonsalvo et germane mee Tigridia, venimus in loco isto pro amore Dei et spontanea nostra voluntate, non pro metu neque pro superbia alicuius hominis nisi bona voluntate et clarificata mente, non pro debito neque aliquo homicidio sed pro depressione peccatorum nostrorum, infernum pavescendo et paradisum pro posse acquirendo, venimus in locum istum cum tale foro, secundum quod monasterium iam dictum angelorum et archangelorum, apostolorum et martirum et secundum regulam precedentium patrum atque pontificum ut nos et Comessanus episcopus simul in Christi cenobio cum sanctis eius habitare possimus.

Ego Bellite et germano meo Gonsalvo et germana mea Tigridia venimus ad locum supradictum cum quantum adquirere potuimus, terras et vineas, tam mobile quam immobile, et offerimus ibi omnia nostra, corporaque simul et animas nostras. Si quis tamen ex nobis migraverit ab hoc seculo, alius serviat in loco isto et post obitum nostrum, qui in isto habitaverit loco, ipse habeat quantum nos adquirere potuimus. Et qui hoc donativum infringere voluerit, non habeat partem cum Christo, et sit excommunicatus et a fide catholica segregatus, et nomen eius de libro vite deleatur, corpusque suum terra non recipiat, et celum non recipiat animam illius, sed habeat partem cum Dathan et Abiron viros sceleratissimos, quos terra vivos obsorbuit, amen, et non habeat partem cum angelis et archangelis, neque cum patriarchis et prophetis, neque cum apostolis et sanctis Dei, neque cum Sancta Maria et virgines Dei, sed cum Juda traditore in inferno inferiori demergatur, et excommunicatus et anathematizatus de fide christianorum sit segregatus in secula seculorum. Amen.

Facta cartula VI^o idus decembris, era M^a C^a XX^a VI^a, imperante rege Adefonso in regnis suis atque Toletu. Petrus Johannes, maiorimus in Burgos. Ego Bellite et Gonsalvo et Tigridia, qui hanc paginam de nostra confratria legente audivimus, de manus nostras † iniecimus coram, ts. Hic roboraverunt: Dominicus Justeç hic, ts. Dominus Christoforus

hic, ts. Domnus Sancius hic, ts. In concilio de Sancto Stephano tam viri quam femine omnes roboraverunt. Laurentius presbiter exaravit ¹.

33.

El noble Muño Ansúrez dota los altares de Santiago y San Nicolás, de la catedral de Burgos, con sus bienes patrimoniales en varios pueblos de tierra de Villadiego. — Septiembre 16 de 1092.

(Vol. 31, fol. 339, orig., perg., letra visigoda; vol. 71, n° 169.)

Sub nomine sancte et individue Trinitatis, nullo mortali cogente, neque aliqua persona alicuius hominis suggerente, sed mea spontanea voluntate. — Ego Munio Assureç ² do et concedo corpus meum et animam meam Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis ecclesię, altaribusque ad honorem Sancti Jacobi beatique Nicholai illicine constructis, et tibi domino Gomesano episcopo canonicisque ibidem continuo deservientibus, donoque pro remedio anime mee, ob honorem eiusdem sanctę ecclesie necnon ad sustentationem clericorum: in Ormaça unam divisam, et in eadem villa, in monasterio Sanctę Marine (*sic*), integram portionem que me contingit. Et in Sosinus unam divisam, et unum solare prope

¹ El concejo de San Esteban quizá corresponda a San Esteban de Olmos, sito en las cercanías de Burgos.

² En 1090 asiste como testigo a una donación de una propiedad en tierras de Oca, otorgada a San Millán, un «senior Munio Assuriz de Sozinos», que sin duda es éste; Sozinos es lo mismo que Susinos, donde según la presente escritura tenía herencia patrimonial nuestro personaje (*Cart. de San Millán*, p. 279). Acaso sea el mismo que el Munio Assureç, casado con Odisenda, que en 1065 dió a Cardena sus bienes patrimoniales en Quintanilla de Bureba, confirmando la escritura los obispos de Burgos y Palencia, los abades de Silos y Oña y varios nobles castellanos (*Cart. de Cardena*, p. 323).

ecclesia, et uno orto cum suo pomare, arboribus circumdato, et una terra ad fontanellas; sunt allatanei de una parte Munio Vermudeç, et de alia Zit Feles; et unam vineam in Ulmos in illo pago de Morales iuxta viam quę vadit ad Villa Didaco; allatanios.....; et unam divisam cum suo solare in villa nuncupata Avellanosa, et unam divisam in Expinosa cum suo solare; et in Villa Maiore ¹ unam divisam cum suo solare et sua hereditate. Iste vero divise prenominate, ille proprie sunt quę fuerunt de meo patre; et istas easdem sicut predixi do Deo et Sancte Marie et clericis ibi commorantibus, et confirmo perpetuo sub iure firmique stabilitate ita ut deinceps non sint mee nec remaneant in mei potestate.

Si quis tamen meorum filiorum vel filiarum, propinquorum aut aliquis ex mea parentela, vel aliqua subrogata persona istius cartule titulum disrumpere aut inquietare presumpserit, aut in iudicium vocem subrevaverit, pertinacique animo huiusmodi mee donationis scriptum transvertere voluerit, vindicis Dei perpetuam iram non effugiat, et cum Juda Domini proditore eterni incendii sustineat penas in inferno inferiori; pro cauto vero tibi domno Gomessano episcopo vel successoribus tuis centum libras puri auri persolvat; ipsas vero divisas et omnia supra scripta reddat duplata vel meliorata in simili tali loco.

Facta carta huius collati muneris die V^a feria XVI kalendarum octobris, sub era M^a C^a XXX, regnante gloriosissimo Adefonso rege in Toletto, Castella et Legione. Ego vero Munio Assureç, qui hanc cartam fieri iussi, legere audivi propriaque manu hoc signum † impressi et ad corroborandum subscriptis testibus tradidi. Comes Garsias Ordoniç, cf. Petrus Gutierrez, cf. Nunnus Ruderiz, cf. Didaco Petriz, cf. Albaro Didaz, cf. Cite, ts. Bellite, ts. Dominico, ts.

¹ Susinos del Páramo, Olmos de la Picaza, Avellanosa del Páramo, Espinosa del Páramo y Villamayor de Treviño son pueblos de la región de Villadiego.

34.

Golofara, mujer de Asur Gutiérrez, elige sepultura en la capilla de Santiago y San Nicolás de la catedral de Burgos, a la cual dota con bienes en Santa María de Ruetas y Ubierna. — Septiembre 16 de 1092.

(Vol. 71, nº 170.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis, nullo mortali homine cogente, neque aliqua persona alicuius hominis suggerente, sed mea spontanea voluntate, ego Golafara, uxor de AssurGuterreç, do et concedo corpus meum et animam meam Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis ecclesie, altaribusque ad honorem beati Jacobi beatique Nicholai illicine constructis, et tibi domno Gomessano episcopo canonicisque ibidem Deo servientibus continuo; donoque pro remedio anime mee ad honorem eiusdem ecclesie necnon ad sustentationem clericorum, illam rationem quam habeo in Sancta Maria de Ruetas cum meis terris propriis et vineis, et in duobus molendinis meam portionem, et unum horreum integrum, et unam divisam in Ovirna, et duos solares. Hoc parvum munusculum, sicut predixi, do Deo et Sanctę Marie et clericis ibi commorantibus, et confirmo perpetuo sub iure firmique stabilitate, ita ut deinceps non sit meum nec remaneat in mei potestate. Si quis tamen meorum filiorum vel filiarum, propinquorum aut aliquis ex mea parentela, istius cartule titulum disrumpere aut inquietare presumpserit, etc., pro cauto vero tibi domno Gomessano episcopo vel successoribus tuis sexaginta libras auri puri persolvat, ipsas vero divisas et omnia supra scripta reddat duplata vel meliorata in simili tali loco.

Facta carta huius collati muneris die V^a feria, XVI^o kalendarum octobris sub era M^a C^a XXX^a, regnante gloriosissimo Adefonso, rege in Toletto, Castella et Legione. Ego vero Golofara, quę hanc cartam fieri iussi, legere audiavi propriaque manu hoc signum † impressi et ad corroborandam suscriptis testibus tradidi.

35.

Rodrigo Ordóñez, antiguo alférez de Alfonso VI, y su mujer María Pérez ofrecen a la catedral de Burgos y su obispo Gómez vasallos, solares y posesiones rústicas en tierra de Burgos, Belorado y Bureba. — Nájera, año 1092.

(Vol. 32, fol. 142, copia de principios del siglo XII; vol. 42, fol. 9, copia del siglo XII; vol. 71, n.º 168; vol. 70, n.º 8.)

Sub nomine Patris ac Nati necnon Spiritus almi. — Ego Ruderico Ordoniz ¹ una cum consilio et voluntate uxoris mee Marie Petriz, pro remissione peccatorum nostrorum et ut orrendas et inextinguibiles baratri penas possimus evadere, et ad gaudia eterne felicitatis pertingere, tradimus corpora nostra et animas nostras Deo et Sancte Marie Burgensi sedi, in presencia Gomizonis, venerabilis eiusdem ecclesie episcopi, saluberrimo quoque consilio et instinctu domni Garsie archidiaconi, necnon ceterorum canonicorum, ibidem Deo servientium. Offero etiam ego Ruderico Ordoniz parvusculam partem de meis hereditatibus in prefato sanctuario, et predicto episcopo, videlicet, concedo in illas Quintanellas iuxta Otero de Agos ² meas domos cum quantum ad eas pertinet, et meas divisas et totos meos solares, populos et eremos, et totam meam hereditatem cum molendinis, cum ortis pomiferis, arboribus fructuosis et infructuosis, cum montibus, fontibus, pascuis, aqueductibus, cum exitu et regressu, liberum ab omni integritate. Dono etiam de illis Quintanellis versus orientalem plagam omnia que ego possedi vel possidere videor ad integrum, domos, divisas, collatos, solares eremos et populos.

¹ Era hermano del conde García Ordóñez, gran privado de Alfonso VI; tuvo el cargo de alférez de este monarca durante varios años (MENÉNDEZ PIDAL, *La España del Cid*, t. II, p. 743).

² Las Quintanillas, cercano a Tardajos.

In Burgos concedo illam partem que me contingit de illis palaciis de Albaro Didaz, et meum molendinum et meum ortum et quantum ad me pertinet; et monasterium Sancti Genesii, quod est super monasterium Sancte Crucis, cum sua hereditate ad integrum et unum ortum ¹. In Quintana de donnas illum meum solarem et meam divisam cum tota illa hereditate ad integrum. In Villa Guimara meam divisam cum solares populos et eremos et cum ea hereditate que ad me pertinet ². Et in Fresnosa ³ meam divisam cum suo solare et quantum ad me pertinet. Et illas divisas de totos Suharros ⁴ cum suos solares populos et eremos, cum quanto ibi debemus habere. In Quintanella de Sancio Garciez ⁵ meam divisam et meos solares tam populos quam eremos ad omnem integritatem, sicut ego possedi. In Villa Oria ⁶ meam divisam et unum solarem populatum et duos heremos. In Avellanosa ⁷ unam divisam et unum collazum populatum et duos heremos. In Enguta ⁸ unam divisam, tres solares heremos. In Villafarta ⁹ unam divisam cum suo solare. In Silanes ¹⁰ unam divisam et unum collazum.

Dono istas supranominatas divisas et illos solares, tam

¹ Esta frase, referente a las iglesias de San Ginés y Santa Cruz, sitas en el término municipal de Burgos, consta sólo en la copia de este documento, existente en el vol. 70, nº 8. El monasterio o iglesia de San Ginés fué dado al monasterio de San Juan de Burgos en 1140 por doña Mayor García, hija del conde García y doña María, y madre del conde Lope (*Bol. Ac. Hist.*, t. LXXI, p. 133).

² Villimar.

³ Estaba no lejos de Tardajos, según se deduce de una escritura de 1041, que la titula *Fresnosisam* (*Cart. de Cardeña*, p. 216).

⁴ Territorio de Juarros, al Este de Burgos.

⁵ Hoy Quintanilla San García, en territorio de Cerezo, al Este de Briviesca.

⁶ Viloria de Rioja, al Este de Belorado.

⁷ Avellanosa de Rioja, en tierra de Belorado (*Cart. de San Millán*, pp. 109, 278 y 284).

⁸ Anguta, cercana al pueblo anterior.

⁹ Villarta de Bureba.

¹⁰ Silanes, en tierra de Pancorbo.

populatos quam eremos, cum omni sua veritate, sicuti pos-
sedere parentes mei et ego tenui cum terris, vineis, ortis,
molendinis, arboribus fructuosis et infructuosis, cum aquis
aquarumve ductibus, cum montibus, fontibus, paludibus,
pascuis, defesis, cum exitibus et regressibus, quatinus ora-
tionibus omnium bonorum christianorum, in prescripta sede
Deo famulantium, merear habere vitam felicem quam electis
suis Christus daturam promisit. Si quis tamen, quod fieri
minime credo, de filiis aut filiabus meis, sive iermanis vel
consobrinis, nepotibus seu aliquis de parentela mea, sive rex,
comes aut princeps, maiorinus vel saio aut quolibet eccle-
siastica secularisve persona huius mee cartule titulum vel
donationis scriptum inquietare aut disrumpere vel inminue-
re temptaverit, anathematis vinculo religatus vindicem om-
nipotentis Dei iram incurrat, et a sacratissimo corpore et
sanguine Domini nostri Jhesu Christi alienus fiat, atque in
extremo examine cum sinistris deputatus districte ultioni
subiaceat, sed et seculari dampno XX^{ti} purissimi auri libras
ecclesie sancte Marie et episcopo persolvat, et illam here-
ditatem quam retemptaverit, duplatam vel melioratam in
simili loco reddat, et huius scripti series inconvulsa per-
maneant.

Facta huius cartule pagina era M^a C^a XXX^a, regnante
rege Adefonso in Toletto, Legione et Castella, necnon sub
eius imperio comite Raimundo eius genero in Gallecia, Co-
mite Garsia, frater istius Roderici, qui hanc cartam fieri pre-
cepit, in Nagara. Ego quoque Rudericus Ordoniz, qui hanc
cartam fieri precepi, manibus meis roboravi, et coram testi-
bus confirmavi. Comes Petrus, cf. Comes Garsias, cf. Comes
Martinus, cf. Alvarus Didaz, cf. Vermudo Ruderiz, cf. Didaco
Alvariz, cf. Gundisalvo Nunniz, cf. Ruderico Gonsalviz, cf.
Gudestio Ruderiz, cf. Senior Lope Sangoz, ts. Senior Didaco
Sangoz, ts. Senior Lope Gonsalvez, ts.

36.

Gonzalo Muñoz y su mujer Sendina Rodríguez otorgan a la catedral de Burgos y su obispo Gómez una casa poblada y dependencias de la misma, rústicas y urbanas, sita en San Jorge del valle Toranzo. — Abril 2 de 1093.

(Vol. 71, n° 172.)

Sub Christi nomine et imperio opificis rerum que trinus in unitate extat colendus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus regnantis in secula seculorum amen. — Ego Gonsalvo Munioꝝ et uxor mea Sendina Rodriꝝ facimus cartam testamenti de uno solare cum sua hereditate et cum sua divisa pro remedio animarum nostrarum Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis et tibi Gomessano eiusdem episcopo; et ipsum solare est in valle de Toranço, in loco nominato Sancto Georgio, et fuit illo solare nostrorum parentum. Damus atque concedimus illud solare cum sua hereditate et sua divisa in monte et in fonte, ubi potueris illa invenire per suis terminis et locis antiquis, ut habeatis et possideatis et in perpetuum vindicetis, ita ut ab hodie et deinceps sit de iure nostro egressa et ad ipsam sedem Burgensem et in presentia domni episcopi Gomesani sit tradita atque confirmata. Si quis tamen, quod fieri non credo, etc. Regnante rege Adefonso in Legione et in Castilla et in Toletto.

Facta carta testamenti die sabbato IIII^o nonas aprilis, era M^a C^a XXX^a I^a. Ego Gonsalvo Munioꝝ et uxor mea Sendina Rodriꝝ, qui hanc cartulam fieri iussimus et legentem audivimus et manibus nostris signa impressimus † †, et coram confirmatoribus roboravimus. Gonsalvo Munioꝝ, cf. Abbas Johannes, cf. Gonzalvo Alfonso, cf. Cidi et Belliti hic, testes.

37.

La noble Arilo o Argelo vende a Julián Alkete una serna en término de Arcos, con destino al hospital real de Burgos. — Enero 26 de 1094.

(Vol. 71, nº 173.)

In Christi nomine. — Ego domna Arilo¹ vobis domno Juliano Alkete in Domino Deo eterno salutem, amen. Sciant igitur presentes atque futuri, quod nullius cogentis imperio nec suadentis articulo sed propria voluntate vendo vobis domno Juliano Alkete² ego domna Arilo illam sernam quam habeo in termino de Arcos, quę fuit de meo ecta³ domno Nunno, et est illa serna, sicut supra diximus, in termino de Arcos circa illa carrera de Calçadiella et ex alia parte rivulum discurrens. Et ego domna Arilo accepi pretium de ista serna de vobis seniore Juliano Alkete quantum michi et vobis placuit, id est, CL solidos bone monete, et in roboratione X solidos; et de hoc precio et roboratione non remansit contra vos seniore Juliano Alkete aliquid pro dare; unde ex hodie et deinceps sit hæc serna scisa et abrasa de meo iure, et in vestro dominio de vobis senior Juliano Alkete, et ad illam albergariam⁴ tradita et confirmata et roborata iure quieto. Quod si casu eveniente, quod fieri minime credo, aliquis homo tam de propinquis quam de extraneis, qui vocem pro ista serna levantaverit, sive de filiis, neptis seu sobrinis, pariat ad partes regis in cauto mille D. solidos auri,

¹ Una Argelo vemos en 1065 dando a Arlanza bienes en Tardajos (*Cart. de Arlanza*, p. 138).

² Sobre este personaje véase *Cart. de Cardena*, p. 337.

³ O esta palabra tiene significado de padre, hijo, hermano, vasallo, etc., o el copista la leyó mal; quizá dijera *avu*.

⁴ Probablemente se refiere al hospicio real de Burgos, pues de otra manera no se explica la presencia de este documento en la catedral.

et illa serna sit duplata et meliorata in simili loco ad vos seniore Juliano Alkete et ad illam albergariam.

Facta carta comparationis et roborationis die noto III^a feria, VII kalendas februarii, in era M^a C^a XXX^a II^a, regnante rege Adefonso in Legione et in Castella et in Toletó. Ego domna Arilo, qui hanc cartam fieri mandavi et legentem audivi, et coram testibus roboravi. Angericus, clericus de illa domna Arilo, ts. Petrus Ferdinandi^ç eius miles, ts. Dominus Dominicus de illo commite de Barrio de Eras, ts. Petrus Dominici, filius de Dominico iudice, ts. Johannes Romani, ts. Dominus Dominicus de Arcos, ts. Bela Tellici de Villa Imielle, ts. Gutier Munio^ç, ts. Gutier Belac, ts. Munio Ermildez, ts. Dominicus Salvatori, ts. Guterrius Cipriani, ts. Petrus Ferdinandi, maiorinus eius, ts. Totum concilium de Villa Jemiel¹, ts. Sancius Munio^ç, ts. Stephanus Justi, ts. Sonna Falconiz, ts. Saturninus Sabbic^ç, ts. Dominicus Argisso, ts. Johannes notavit.

38.

Anaya Arias y su mujer María eligen sepultura en la catedral de Burgos, y con permiso de su señor, Alvar Fáñez, le ofrecen su casa y propiedad en Sotragero. — Año 1094.

(Vol. 34, fol. 347, orig., perg., letra visigoda; vol. 71, n^o 134.)

Sub nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Annaia Arias et uxor mea Maria, nullo cogentis imperio nec suadentis ingenio sed propter remedium animarum nostrarum et propter amorem illius qui dixit: quicumque dimiserit terras, vineas, agros pro nomine meo centuplum acciperet et haberet vitam eternam, damus et offerimus nostros corpora simul et animas Deo et Sancte Marie Burgensi sedi, tibi que benignissimo Gomessano episcopo, et ceteris clericis ibidem Deo servantibus. Offerimus

¹ Villamiel de Muñó, lindante con Arcos.

etiam cum consilio et consensu de seniore nostro Albaro Hanneç ¹ et uxore sua domna Juliana domos nostras proprias quas habemus in villa nominata Sotragero cum omni nostra hereditate que ad nos pertinet ad omnem integritatem, quatinus vestris orationibus anime nostre et parentum nostrorum possint adipisci vitam eternam. Amen. Si quis vero nostrorum consanguineorum, etc., et ipsas domos cum ipsa hereditate duplatas et melioratas in simili loco restituat Deo et Sancte Marie, ad partem vero regis terre III libras auri persolvat.

Facta carta era M^a C^a XXXII^a regnante rege Ildefonso in Toletto, Castella, Legionem et Gallecia, necnon et Nagara. Ego Annaia Arias et uxor mea Maria, qui hanc cartam fieri precepimus in capitulo Sancte Marie, coram subscriptis testibus manibus nostris propriis roboravimus. Albaro Hanneç, ts. Vincentius Johanes, ts. Johannes, prepositus Sancte Marie, ts. Garsias Archidiaconus, ts. Dominicus Felix, prior, ts. Rudericus Pascualig, ts. Abbas Stephanus, ts. Salvator de Posata, ts. Sancius sacrista, ts. Michael de Era, ts. Et omne capitulum Sancte Marie, cf. Dominicus notuit.

39.

Doña Mayor otorga al obispo de Burgos su partija patrimonial, heredada de su abuelo Rodrigo González y sita en Abajas y Cernégula. — Año 1094.

(Vol. 71, nº 175.)

In Dei nomine. — Ego domna Maior ² placuit michi et expontanea mea voluntate, non prometu sed infernum timendo, et pro remedio anime mee et pro animabus meorum

¹ El famoso Alvar Fáñez, sobrino del Cid y socio de sus expediciones.

² Probablemente es la misma que en 1092 dió a Arlanza su propiedad en varios pueblos de la provincia, con la condición de vol-

parentum, tam in vita mea quam post obitum meum do atque concedo vobis domno Gomizoni, sub gratia Dei Burgensi episcopo sedis Sanctę Marie, una divisa in villa quę vocitant Abalias ¹, et alia divisa in Cernocho ²; et sunt illas divisas cum suos exitus et regressus, in fontes, in montes, in pratis pastilibus, in erbis pascentibus, in aquis ductilibus, bibentibus et discurrentibus; et illas concedo ad integritatem per suos terminos, sicut habeo ab avo meo Ruderico Gonçalviç. Si quis tamen extraneus aut de gente nostra contra hunc nostrum factum domno episcopo Gomessano per illas divisas vocem sublevaverit, aut contemptor et adversarius extiterit, aut in iudicio compulsaverit, in primis iram Dei non effugiat, et sit excommunicatus et a concilio iustorum segregatus, et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, partem sorciantur; et ad partem regis centum solidos persolvat, et illas divisas duplatas vel melioratas in simile loco reddat.

Facta carta era M^a C^a XXX^a II^a, regnante rege Adefonso in Toleto et in Castilla et in omni regno suo. Ego domna Maior, qui hanc cartam fieri iussi, et legentem audiui et manibus meis coram testibus roboravi. Armentarius hic, ts. Johannes hic, ts. Belasius hic, ts. Hii fuere testes presentes in Cernocho: Cide, ts. Gustio, ts. Ferruco hic, ts. Testes presentes pro firmitate trado ad roborandum in concilio de Abalias in manu domni Munionis presbiteri et Johannes Petri roborantes et confirmantes. Petrus de patria sua titulavit.

ver a sus hijos si regresaban salvos de la guerra contra los moros (*Cart. de Arlanza*, p. 162). Era hija de Rodrigo Muñoz y doña Elvira, heredados en tierra de Salas de los Infantes (*Cart. de San Millán*, p. 256).

¹ Abajas, entre Castil de Lences y Cernégula.

² No existe ya, si no es que corresponda a Cernégula.

40.

Anaya Gustios da al obispo de Burgos su partija en Cernégula y Portillo de Poza. — Año 1094.

(Vol. 71, n° 176.)

In Dei nomine. — Ego Annaia Gustio placuit michi et expontanea mea voluntate sic trado meas divisas, unam in Cernocho, que fuit de domna Cometissa, et alia divisa in Portello de Poza ¹, scilicet, illa divisa de domna Cometissa, tibi Gomessano, sub Dei gratia Burgensi episcopo, cum suos exitus et introitus, in fontes, in montes, in pratis pastilibus, in erbis, in aquis currentibus. Quod si aliquis homo pro illas divisas vocem levaverit, aut ad dirumpendum venerit, aut ego Annaia Gustioz aut filius aut nepos aut de sobrinis aut de aliquibus michi pertinentibus, in primis iram Dei non effugiat et diaboli animam suam in inferno mittant, et in diem iuditii ab aliis segregata sedeat; et pro seculari dampno ad partem regis centum solidos argenti persolvat; et illas divisas duplatas vel melioratas in simili loco reddat.

Facta carta era M^a C^a XXX^a II^a, regnante rege Adefonso in Toletto et in Castella et in omni regno suo. Ego Annaia Gustio, qui hanc cartam fieri iussi, et legentem audiui et propriis manibus signum impressi †. Tellus hic, ts. Bellite hic, ts. Alvaro hic, ts. In manu domni Ferdinandi, presbiteri, et Gundisalvi, roborantes et confirmantes. In Portello, Vermudus hic, ts. Petrus hic, ts., et confirmavimus et roboravimus illa in manu domni Petri presbiteri.

¹ Al Oeste de Poza existe todavía la venta llamada Portillo.

41.

Urbano II aprueba la traslación de la sede de Oca a Burgos, confirma los límites diocesanos establecidos en el concilio de Husillos, y le ratifica la posesión del monasterio de Berlangas y demás donaciones hechas por los reyes. — Plasencia, marzo 14 de 1095.

(Vol. 31, fol. 10, copia del siglo XII; vol. 71, n° 51; «E. S.», t. XXVI, p. 463.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Gomizoni, Burgensi episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Claruisse plurimas quondam in Hispania civitates christiane religionis gloria et episcopalis cathedrę dignitate, et sanctorum martirum seu confessorum monimenta declarant, et Toletanorum conciliorum frequentia numerosa significat. Ex quibus nonnullas, populorum peccatis exigentibus, divino iudicio saracenis traditas, nonnullas etiam eversas esse cognoscimus. Miseratione tamen omnipotentis Domini multe postmodum in christianorum ius revocate, pristinae dignitatis infulas receperunt; aliarum que solotenus eversę fuerant dignitas in urbes proximas est translata.

Ita nimirum, cum Auca, civitas episcopalis quondam, defecisset, ne ad eam pertinens diocesis universa pastoris proprii solatio careret, per christianos principes Burgis civitas Auce est vicaria instituta, ubi videlicet carissimus noster filius Inldefonsus rex episcopalem ecclesiam suis sumptibus edificavit. Quam institutionem, ut in perpetuum, prestante Domino, stabilis perseveret, nos presentis decreti pagina auctoritate apostolica confirmamus. Parochiarum eciam divisiones, que inter Burgensem et Oxomensem ecclesiam coram Sedis Apostolice legato Richardo, cardinali presbytero et Manssiliensi abbate, in sinodo apud monasterium de Fusellis

constitutę sunt, sicut ex eiusdem confratris nostri assertione didicimus, vim perpetuam obtinere mandamus.

Preterea statuimus ut tam Valeranicense quam cetera monasteria seu villę quę per catholicorum principum testamenta Burgensi ecclesię collata noscuntur, semper in tua, karissime frater, et tuorum successorum dispositione ac possessione permaneant. Quicquid etiam in futurum eadem Burgensis ecclesia iuste et canonice, sive liberalitate principum, seu oblatione fidelium poterit adipisci, perpetuo ei iure possidenda presentis decreti auctoritate precipimus. Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quęlibet secularis aut ecclesiastica, huius nostri decreti paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tercioue commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum iudicem proemia eterne pacis inveniant.

Datum Placentię, per manum Johannis Sanctę Romane ecclesię diaconi cardinalis, pridie idus martii, indictione III^a, anno Dominice incarnationis M^o XCV^o, Pontificatus autem domini Urbani secundi pape anno octavo. — *Rueda*: † Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jhesu Christi. — SANCTUS PETRUS. — SANCTUS PAULUS. — Urbanus Papa II. — BENEVALETE.

42.

García González da a la catedral de Burgos y su obispo D. Gómez su propiedad en Castrillo de las Quintanillas, Villarmentero, Santa María de Tajadura, Rabe, Hontoria de la Cantera y Cubillo, y recibe del obispo un caballo y un escudo. — Marzo 15 de 1095.

(Vol. 71, nº 178 b.)

In Dei nomine. — Ego Garcia Gonsalveç, nullo cogentis imperio vel suadentis ingenio sed mea spontanea voluntate vendo totam meam hereditatem Deo et Sanctę Marie Burgensi et tibi domno Gomessano episcopo et omni congregationi ibidem Deo famulanti, quam habeo in Castrello ¹ de ipsas Quintanellas, scilicet, terras, vineas, ortos et solares, molendinos et divisas, exitus et regressus, in montibus et fontibus et pratis ab omni integritate. Et in Villa Armentario terras et vineas. Et in Sancta Maria de Taiadura terras et vineas. Et in Rave terras et vineas et ortos et solares et molendinos et divisas et exitus et regressus et in montibus et in fontibus et pratis ab omni integritate. Et in Fonte oria ² terras, vineas, ortos, solares, divisas, exitus et regressus, in montibus, fontibus et pasturis ab omni integritate. In Cubillo unum solarem et divisam et exitus et regressus, in montibus et fontibus ab omni integritate. Et accipio precium a te Gomessano episcopo ego Garcia Gonzalveç unum caballum rosellum et unum scutum. Si quis sane meorum aut extraneorum, etc.

Facta carta venditionis idus marcii, era M^a C^a XXX^a III^a, regnante Adefonso rege in Toletto et Castella. Ego Garcia Gonzalveç, qui hanc cartam fieri iussi, et legentem audivi et manu mea signum feci †, et eam testibus ad roborandum

¹ Pueblo cercano a Las Quintanillas, hoy desaparecido.

² Hontoria de la Cantera.

tradidi. Nunno Ovecheç, ts. Dominico Sarrazineç, ts. Dominico Belliteç, ts. Dominico Citeç, ts. Vita Ferro, ts. De Rave, Cit, ts. Ruderico, Alamira. De Villa Armentero: Bermudo, Petro, Didaco. De Fonte oria: Johannes, Belasco, suo filio.

43.

Permuta de unas posesiones, sitas en Villanoño y Villadiego, efectuada entre Tello Díaz y su mujer Osenda Fernández, de una parte, y el obispo de Burgos, de la otra. — Año 1096.

(Vol. 71, n° 179.)

Sub Christi nomine. — Ego Gomicius episcopus, una cum consensu et voluntate canonicorum Sanctę Marię, fatio cambium cum te Tello Didaz¹ et uxore tua Ozenda Ferrandez de una terra que est in Villa Nunno², et est ipsa terra ad latus de illa terra domini Garsie Munioç, et ex alia parte Mem Garciez, et ex alia parte via discurrens huc et illuc, et ex alia parte flumen de Brulles. Et ego episcopus Gomicius accipio in cambitione illius terre de te Tello Didaz et de uxore tua Ozenda Fernandez duas terras. Et est ipsa una terra in termino de Villa Didaco iuxta molinum illum quod vocant Siete Cata, et alia terra in Villa Nunno, et insuper accepimus de vobis quantum nobis et vobis placuit, scilicet, XX^{ti} solidos de argento, ita ut ab hodie et deinceps illas terras de iure nostro sint abراسas et in iure vestro sint confirmatas et corroboratas in perpetuum. Si quis tamen aliquis contra hunc factum nostrum vocem sublevare, etc., sive ego Gomi-

¹ En el año de esta escritura era merino real en toda Castilla; en 1090 en la ciudad de Burgos; en 1094 y 1095 en Burgos y Cerezo (*Cart. de San Millán*, pp. 279, 284 y 289; *Cart. de Arlanza*, p. 164).

² Villanoño, barrio de Villadiego.

cius episcopus vel alia subrogata persona, sive ego Tello Diz vel uxor mea Ozenda Ferrandez, etc.

Facta huius scripti carta die noto feria III^a, V^o kalendas marcii, sub era M^a C^a XXX^a III^a, regnante rege Adefonso in Legione et in Castella et in Toletto et per omnem Yspaniam. Ego Gomicius episcopus, qui hanc cartam fieri iussi, et legentem audiui et propriis manibus signum feci †, et coram testibus roboravi, qui propriis manibus signum roboraverunt. Cite et Vellite et Pelagio hii, ts. Et alii homines de illis villis. Martinus, scripsit.

44.

Urbano II declara la diócesis de Burgos exenta de todo metropolitano e inmediatamente sujeta a la Santa Sede; le reconoce la propiedad de ciertos pueblos que le disputaba el Arzobispo de Toledo y determina se haga el proceso probativo para resolver a qué diócesis pertenecen otros que también le disputa dicho arzobispo. — Abadía de San Gil, julio 15 de 1096.

(Vol. 48, fol. 37, copia del siglo XII; vol. 71, n^{os} 53 y 53 b.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei. — Postquam apud Neumausum presidentibus nobis, per omnipotentis Dei gratiam plenaria fuisset synodus celebrata, Toletani archiepiscopi Bernardi ad audientiam nostram querela perlata est, Burgensis episcopi tamquam suffraganei proprii obedientiam requirentis, quasi in Oxime parochia Burgus esset edificata. Oxima enim pars Toletanę provincię non incerta cognoscitur. Ille vero ad Tarraconensem potius metropolim suam ecclesiam pertinere protestabatur, quoniam quidem nos Burgensem urbem Aucę decreveramus haberi vicariam, que, ut dicitur, antiquitus Tarraconensi fuerat metropolitana no iure subiecta. Ceterum, Alfonsus, Hispanie citerioris rex,

Burgensem episcopum Tarraconensi metropolitano nequaquam patiebatur esse subiectum, ea de causa, quod infra regni sui terminos Burgus sit, Tarracon autem in Barchinonensis comitis potestate.

His ergo de causis, nostrę et fratrum, qui nobiscum aderant discretioni visum est, ad ecclesiarum illarum sedandam seditionem, ut Burgensis deinceps episcopus manu tantum Romani Pontificis regeretur, et ecclesia illa suorum antistitum consecrationem ab Apostolica Sede perciperet, nisi archiepiscopus ipse eum ad se pertinere autentica posset ratione monstrare. Interim eum ab utriusque metropolis obedientia et subiectione absolvimus.

Post hec Burgensis episcopus Gomizo adversus eundem archiepiscopum querelam exercuit, quod post primam Massiliensis abbatis definitionem, qui per id tempus Apostolice Sedis vice illis in partibus functus fuerat, partem quamdam Burgensis parochię usurpasset. Nominatim vero Burgensis ecclesię proprietatem ac dominium occuparet villam que Fenicularis dicitur, Valeranicense monasterium, cellam Sanctę Marię de Ravenaria. Super his tribus, quod ecclesię Burgensis seu Aucensis proprietas esset, archiepiscopus ipse consensit, et episcopum in nostra praesentia revestivit. Rogatu tamen nostro, consentiente episcopo, Valeranicense monasterium usque ad annos tres eidem metropolitano habere permisimus. Villam vero Fenicularem et cellam Sanctę Marię de Ravenaria tamdiu teneat quamdiu Oximensem in manu sua ecclesiam retinuerit, in cuius parochia eadem loca sita sunt, sed Aucensi ecclesię in proprietatem preceptis attributa. Quod si Oximensi ecclesię cardinalis fuerit episcopus restitutus, ad Aucensem sui iuris proprietas revertatur. Porro parochie partem quam Burgensis episcopus post legati definitionem sibi subtractam reclamabat, idem archiepiscopus asserebat ab ipso episcopo in manum suam sponte et episcoporum iudicio refutatam.

Cum vero episcopus gravatum se et coactum in eo negotio responderet, nos tamen, ne confratrem nostrum Bernardum archiepiscopum videremur vehementius aggravare, causam hanc, sicut erat, sic esse permisimus, donec refuta-

tionem ipsam sponte et iudiciario ordine perpetrata idoneis testibus in nostra posset audientia comprobare.

Datum apud vallem Flavianam, in monasterio sancti Egidii, idus iulii, indictionis iiii, anno Dominicę incarnationis M. XC. VII., Pontificatus autem domni Urbani pape II anno IX. Per manum Iohannis, sancte Romanę ecclesię diaconi cardinalis.

45.

El abad Cid elige sepultura en la catedral de Burgos y le otorga su casa y propiedad patrimonial en Quintana Ortuño, su derecho en el molino de Soto y la mitad del mueble y otras propiedades de dicha villa o de otras partes, reservándose la libre disposición de la otra mitad. ... Julio 22 de 1097.

(Vol. 71, nº 181.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris, Filii que ac Spiritus Sancti, omnem hominem ad agnitionem sui illustratione suę divinitatis trahentis. — Ego Abba Cit ¹, nullius cogentis imperio vel suadentis ingenio sed propria ac spontanea voluntate mea, trado meipsum Deo et Sanctę Marie pro remedio anime mee et parentum meorum cum meo proprio solare et meas proprias domos, quas habeo in Villa Fortuno, et cum mea divisa ab omni integritate, et rationem propriam quam habeo in molendino de Soto dono Sanctę Marie ab omni integritate. De ipso vero mobile et de terris et de vineis, sic ipsum mobilem de casa quam ipsum mobilem quod est de foris, omnem mediam partem dono Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis, faciens hoc atque statuens in

¹ La palabra *Abba* puede ser nombre propio, o bien de dignidad u oficio: no podríamos determinar cuál de los dos sentidos tiene aquí, aunque parece verosímil lo último.

manibus domni Garsie episcopi et omni congregationi clericorum, ibidem Deo servientium. Aliam autem mediam partem tam de mobile quam de terris et de vineis dono cui-cumque voluero. Hoc pacto ut in diebus meis teneam et possideam, sed post obitum meum corpus meum in Sancte Marie ecclesia deferatur, et totum quemadmodum prescriptum est inconvulsum permaneat.

Si quis sane, quod fieri minime credo, meorum aut extraneorum aut aliquis homo cuiuscumque sit persone, instigatus diabolica persuasione spiritu superbie hoc meum factum disrumpere voluerit, aut inquietare presumpserit, vel vocem in iudicio sublevaverit, in primis iram Dei incurrat et a cetu christianorum efficiatur et cum Juda traditore in inferno inferiori partem obtineat nisi congrua satisfactione emendaverit, et ad exaggerationem sui dampni persolvere cogatur V libras auri, et ipsam hereditatem duplatam et melioratam simili loco restituat.

Facta carta donationis in era M^a C^a XXX^a V^a, XI kalendas augusti, luna X., regnante rege Adefonso in Castella, Legionem, Toletum, domino Garsea episcopo presidente Burgensi ecclesie. Ego Abba Cit, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea signum inieci †, et in conventu ville de Quintana Fortunato legentem audiavi in porticu ecclesie, et testibus ad roborandum tradidi. Salvator. Stephanus, ts. Dominus Galindus, ts. Stephanus, ts. Petrus, ts. Enneco, ts. Annaia presbiter, ts. Petrus presbiter, ts.

46.

La monja Fronilde ofrece al obispo de Burgos, D. García, su partija en Fuentesevir, valle de Toranzo, con la casa, heredades y demás cosas que la componen, comprometiéndose el obispo a proporcionarle ciertas prendas de vestir y calzar si lo necesitare. — Diciembre 10 de 1097.

(Vol. 71, n.º 180.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris ac Filii et Spiritus Sancti. — Ego Fronilda, Deo devota sub regula sanctissimi ac beatissimi patris nostri Benedicti ¹, una cum consensu et voluntate abbatisse nostrę Juliane vel sociarum nostrarum sororum, trado et concedo Deo et Sanctę Marie Burgensi sedis et tibi Garsia, residente in eadem ecclesia episcopo, unam divisam in villa quę dicitur Fontesevir ², sita in valle de Toranço, cum suo solare et suas domos hedificatas, et cum sua hereditate culta et inculta, et arboribus pomiferis in ea plantatis, cum pascuis in montibus et in planis, et in fontibus et in rivis et aquis, cum exitu et regressu et omnia ad eandem hereditatem pertinentia, ex parte matris mee michi tradita, excussa revera ab omni iugo vel fisco regalium, ita sicuti eam avi mei possiderunt sanam et firmam sic ego ab omni integritate illam trado supradicte Sanctę Marie, tali tenore ut in omni vita mea, quando michi necesse fuerit, accipiam a te supradicto episcopo Garsia vel a tuis successoribus pellem et mantum et coopertum lineum vel laneum, et sotulares.

¹ Ignoramos dónde estaba este monasterio de benedictinas; la asistencia al otorgamiento de la presente escritura de los abades de Santillana y Santander indicaría que era monasterio santanderino.

² Existe aún Villasevir, que quizá corresponda a este pueblo; de todos modos debía estar en sus cercanías.

Si quis vero, quod fieri nullo modo credo, germanorum vel germanarum mearum, vel aliqui meorum consanguineorum, vel aliqua extranea persona hanc donationem vel hanc cartam disrumpere vel inquietare violenter voluerit, sit in primis super illum ira Dei et omnium sanctorum eius, et sit maledictus atque anatematizatus anathema maranata, et numquam habeat veniam de peccatis suis neque hic neque in futuro seculo, et sit submersus in infernum sicuti Dathan et Abiron, et sit cum Juda traditore in inferno inferiori, et insuper donet in cautum regis X. libras aureas, et hereditatem duplatam aut triplatam restituat in tali et in simili loco.

Ego iam predicta Frunildis, qui hanc cartam fieri iussi, et legentem audiui, et manu mea hoc signum feci †, et testes tradidi ad roborandum. Petrus, abbas Sanctę Juliane, ts. Johannes abbas, ts. Maria abbatissa, ts. Juliana abbatissa, ts. Marina reclusa, ts. Et Oro Velaiz, ts. Et Oro Anfonsus, ts. Et domna Elvira, ts. Et ceteri illius loci sorores, ts. Guterre et Froila et Roderico hii, testes. Facta carta donationis vel roborationis sub era M^a C^a XXXV^a die noto V^a feria IIII^{to} idus decembris, regnante rege Adefonso in Toletō et in omni Castella, Bernardo archiepiscopo Toletano.

47.

Alfonso VI ratifica al obispo de Burgos y su cabildo la posesión del monasterio de Santa Eulalia de Muciehar, en territorio de Castrogeriz, que antes había tenido el obispo de Astorga, D. Osmundo. — Castrofuela, febrero 2 de 1099.

(Vol. 34, fol. 40, orig., perg., letra visigoda, en mal estado; vol. 71, n^o 142 b, con fecha 1095.)

Sub Christi nomine. — Ego Adefonsus, Dei gratia totius Ispanie imperator, cum consensu dilectissime uxoris mee Bertę regine, facio cartam firmitatis ad honorem Dei et ma-

tris Domini nostri Jhesu Christi sub cuius..... famulatu sedes Burgensis et episcopalis ecclesia, ubi offero quoddam monasterium quod dicitur proprio nomine Sancta Eulalia de Muziehar cum tota sua hereditate et cum omni subiectione sua, quanta in testamentis eius..... populata quantaque ab episcopo et canonicis eius potuerit exquiri aliqua investigatione sive in..... semotum, tam longe quam prope ex debito illius monasterii esse; et offero illud cum tota possessione sua que odie ibi est..... mata, tam mobilis quam immobilis, sicut michi accidit ex successione avorum et parentum meorum in supra scripta villa que dicitur Muziehar; quod monasterium cum sua villa et cum toto suo debito hereditario atque una cum uxore mea altari Sancte Dei Genitricis et Virginis Marie per petitionem domni Garsie Burgensis sedis dilectissimi episcopi ita cum omnibus adiunctionibus suis, sicut de me illud tenuit in prestamo Osmundus, Astoricensis episcopus; et volo ut..... cum suis canonicis iure hereditario, et iurificent illud post partem Sanctę Marię ut absque ulla..... de eo hoc sibi convenit facere ex omnibus aliis hereditatibus quas de me vel de aliis Deum timentibus pro animarum..... quod ego peccatorum meorum mole depressus facio pro ęterna remuneratione et pro..... et ut sanctos Dei, quorum pauperes sublevo estuantes sub istos terrenos labores, in futura vita habeam patronos et fidelissimos....., ut ab odierno die et deinceps ipsa hereditas tota de iure meo et palatii mei fisco sit abrasa, et episcopali ditioni canonicorumque eius absque saione vel aliqua eius oppressione semper maneat mancipata evo perhenni et per secula cuncta, amen. Si quis autem, quod fieri minime credo, contra hoc factum ad irrumpendum venerit, de propinquis meis vel extraneis, tam regia potestas quam et populorum universitas, quisquis ille fuerit qui talia commiserit, sit excommunicatus et a christiane fidei libertate separatus et cum Datan et Abiron, quos terra vivos obsorbuit, quia contraxerunt mandatis Dei et Moysi servi eius, et cum Juda Domini traditore, qui laqueo se suspendit et sic vitam cum visceribus fudit, in profundo inferni ęternas penas luiturus demergatur, et pro damno temporalis pariat episcopo, etc.

Facta autem hac testamenti serie sub era M^a C^{ia} XXXVII^a, et noto die qui fuit IV^{to} nonas februarii, et eodem die in Castro Froyla roborata, circumstante concilio magnatum quorum nomina subscribentur. Adefonsus, Dei gratia tocius Ispanie imperator, hoc meum factum, cf. † (*Signo del rey.*) Berta, Toletani imperii regina, quod dominus meus rex fecit, cf. — 1^a col. Reimundus, gallecorum comes et regis gener, quod bene factum est, cf. Urracca, eiusdem imperatoris filia et Raimundi commitis uxor, cf. Henrriccus, Portugalensis et Colinbriensis provintie commes, cf. Tarasia, imperatoris filia et Henrricci commitis uxor, cf. Bernardus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Romane ecclesie legatus, cf. Raimundus Palentine sedis episcopus et regalis Palatii capellanus, cf. Petrus Legionensis sedis episcopus, cf. Johannes Uniensis abbas, cf. Didacus Caracdinensis abbas, cf. Martinus Aslancensis abbas, cf. — 2^a col. Garcia Ordonniç et commes, cf. Petrus Ansurig, qui et commes, cf. Martinus Flayniç, comes, cf. Gomeç Gonsalviç, armiger regis, cf. Fernando Monioç, maiordomus regis, cf. Don Felices, maiorinus de Castella, cf. Alvaro Didaç potestas, cf. Gonzalvo Nuniç potestas, cf. Ruderico Gonçalviç potestas, cf. Petro Albareç potestas, cf. — 3^a col. Didagus Gonçalviç, cf. Fernando Gonçalviç, cf. Ordonio Albareç, cf. Gotier Fernandiç, cf. Didago Fernandiç, cf. Sebastiano Petriç, cf. Qui presentes fuerunt ex canonicis: Johannes prior canonicorum, ts. Garcia, archidiaconus ecclesie, ts. Vincentius, archidiaconus, ts. Sancius, sacrista, ts. Dominicus Feles, ts. Petrus Gonçalviç, ts. Johannes Maioris ville, ts. Pelagius Erigiz, cognomento Botan, puplici offitii notarius, cf. (*Signo.* — PELAGIUS.)

48.

Urbano II anuncia a la ciudad de Burgos que deja en usufructo al arzobispo de Toledo varias posesiones de la diócesis, que volverán a ésta cuando se establezca obispo propio de Osma, para lo cual concede un plazo máximo de tres años. — Roma, mayo 3 de 1099.

(Vol. 36, fol. 33, copia del siglo XII; vol. 71, n° 53 e.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, clero et populo Burgensi, salutem et apostolicam benedictionem. — De parte illa parrochię vestre inter confratres nostros Bernardum, Toletanum archiepiscopum, et bone memorie Gomizonem, vestre civitatis episcopum, eiusque successorem Garsiam, iam diutius questio acta est. Id tandem in conspectu nostro convenisse noveritis. Ipsa namque diocesis pars Oximensi parrochię contigua est, quam nimirum parrochiam in sua provisione Toletanus archiepiscopus detinet, donec apud Oximam cardinalis episcopus ordinetur. Nos ergo eidem fratri nostro precepimus ut eandem ordinationem usque ad annos tres, largiente Domino, adimplere procuret. Illam quoque vestre diocesis partem usque ad eundem terminum supradicto archiepiscopo retinere permisimus, ea profecto conditione firmata, ipso consentiente archiepiscopo, ut post trium annorum spatium, vel si ante id temporis Oximam ordinari contigerit, pars illa diocesis in possessionem vestre ecclesię ad integrum revertatur, sicut apud monasterium sanctę Marię de Fusellis divisionem factam fuisse recolitis, et sicut facto a nobis Placentię privilegio continetur, sic venerabilem fratrem nostrum Garsiam, vestre civitatis episcopum de parte ipsa diocesis per anulum investivimus. — Datum Rome apud beatum Petrum, per manum Iohannis, sanctę Romane ecclesię diaconi cardinalis, V° nonas mai, indictione VII, Incarnationis Dominicę anno M° XC° IX°. Pontificatus autem domni Urbani II papae XII; era M^a C^a XXXVII^a.

49.

Urbano II señala los límites propios de la diócesis de Burgos. — Roma, mayo 4 de 1099.

(Vol. 48, fol. 2, copia del siglo XII; vol. 71, n° 53 c; «Bol. Ac. Hist.», t. XXIV, p. 547, con fecha 1097.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Garsie, Burgensi episcopo, eiusque successoribus canonice in perpetuum substituendis. Non incertum est Hispaniarum ecclesias partim Saracenorum tyrannide, partim diversorum regum incursibus ita esse turbatas ut alterius terminos altera usurpaverit, et sic parochiarum non modica est facta confusio. Huic varietati litteris presentibus obviare decrevimus. Burgensis namque parochie terminos ita in perpetuum manere decrevimus, sicuti constat fuisse sub iure tuorum predecessorum, Simeonis videlicet bone memorie et Munionis atque Gomizonis, incipientes ab illis populationibus que sunt in Pirineis montibus donec perveniatur ad mare Oceanum et totas Asturias usque ad fluvium Deva qui descendit a supradictis Pirineis montibus, et sicut discurrent aque ad meridianam partem inter Mutave et Rotundum usque ad Pennam perforatam, sequente ibi fluvio qui dicitur Pisorga donec labitur in rivo Aslanze. Deinde sicuti noti sunt termini et divisi a filio nostro atque cardinali Sanctę Romanę Ecclesię domno Ricardo in concilio de Fusellis inter Burgesem et Oximensem ecclesiam, et ut olim noti sunt termini Nagarensi et prescripte ecclesie Burgensi per certos terminos. Hoc tibi et ecclesie tue perpetuo iure concedimus.

Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut persona quelibet secularis aut ecclesiastica, huius nostri decreti paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reusque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate

cognoscat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiat, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen, amen. Datum Rome IV nonas mai, per manum Johannis Sanctę Romane ecclesie diaconi cardinalis, indictione tertia, anno Dominicę Incarnationis MXCV^o, pontificatus autem domini Urbani II Pape anno VIII^o ¹. *Rueda*: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jhesu Christi. — S. PETRUS. — S. PAULUS. — Urbanus PP. II. — BENEVALETE.

50.

Urbano II establece que los propietarios y señores paguen precisamente a las autoridades diocesanas el diezmo de sus haciendas y rentas de vasallaje; a esta disposición estarán sometidas las parroquias propias de los monasterios hasta que el papa resuelva sobre este punto, ahora en litigio, excluyéndose ya del pago a las que estuvieren declaradas exentas por el romano pontífice. — Roma, mayo 4 de 1099.

(Vol. 71, n^o 53 d; «Bol. Ac. Hist.», t. XXIV, p. 552.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Garsie, Burgensi episcopo, eiusque successoribus canonice in perpetuum substituendis. Non incertum est Hyspanorum

¹ La fecha está ciertamente equivocada; en 1095 y 1096 no residió el papa en Roma, sino en Francia; sólo en abril y mayo de 1097 le vemos en Roma y entonces pudo ser otorgada esta bula. Creemos, sin embargo, pertenece a 1099 como expedida con las demás de esta fecha, relacionadas con la cuestión de límites y derechos de la diócesis. La equivocación se explica por la impericia del copista que no supo leer la fecha, escrita en caracteres italianos, difíciles de interpretar en España.

eccllesias partim Saracenorum tyrannide, partim diversorum regum incursibus ita esse turbatas, ut alterius terminos altera usurpaverit, et sic parrochiarum non modica est facta confusio. Huic varietati litteris praesentibus obviare curavimus. Burgensis namque parrochie terminos, ita perpetuum manere decrevimus, sicut Gomigonis praedecessoris tui tempore constat fuisse distinctos. Cuius nimirum tempore ipsam Burgensem ecclesiam nulli metropoli subiacentem in proprium ius Apostolica sedes assumpsit. Precipimus etiam ut regionum principes, tam de laboribus propriis quam de villis potestatis eorum decimas retinere aut secundum libitum dissipari ulterius non debeant, sed omnes in tuam tuorumque successorum potestatem iuxta sacrorum scita canonum referantur. Hoc ipsum et de parrochiis quas monasteria possident observandum censemus, his exceptis quae iam romanis praemunita sunt privilegiis, donec inter vos et eorum abbates causa haec Apostolice Sedis iudicio decidatur. — Datum Rome, per manum Iohannis, sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis, IIII^{to} nonas mai, indictione VII, Incarnationis Dominicae anno M. XC. IX^o, Pontificatus autem domini Urbani II pape XII, era M. C. XXX. VII^a.

51.

El obispo de Burgos consagra la iglesia de Udias, reservándose en ella las tercias episcopales y los derechos económicos de visita, hecha por sí o por sus delegados. — Diciembre 8 de 1099.

(Vol. 71, n^o 182.)

Anno Incarnationis Dominicae M^o XCVIII, era M^a C^a XXX^a VII, VI^o idus decembris, regnante rege Adefonso, Garsias, Burgensis gratia Dei episcopus licet indignus, secundum canonicam institutionem, rogatu etiam Martini

Flainiç¹ ceterorumque vicinorum eius, ad honorem beatissimi Martini necnon beatissimorum martirum Emeterii et Celedonii et beatissimi Nicholai dedicavi ecclesiam que est sita in termino ville, que Odias² vocatur, in alhoz de Capezon, tali tenore ut de omnibus decimis qualibet villarum, que ad supradictam ecclesiam deducte fuerint, vel que ad eam pertinent in pane et sicera sive animalibus, videlicet, et de illis que propriis hereditatibus monasterii adgregate fuerint, scilicet, et de parte salis putei de Capezon que ad eandem ecclesiam pertinet, terciam partem secundum canonum sanctorum scita sine aliqua offensa alicuius persone Burgensis ecclesia et ego Garsias episcopus necnon mei successores usque in huius evi terminum annuatim recipiamus.

Hoc etiam interposito ut in ea nobis et successoribus nostris canonica obedientia exhibeatur, et ut plenius rebelles intelligant, prout tempus aut opportunitas dictaverit, corpore expense secundum posse loci nobis et successoribus nostris sed et ministris cum omni humilitate ministrentur. Ego Martinus Flainiç hoc superscriptum sincere laudo et confirmo, et post mei vite discursum hanc ecclesiam regentibus tenendum cum omni obedientia trado. Ego Martinus Flainiç iterum laudo et hoc signo corroboro †.

Igitur, si quis meorum filiorum vel filiarum, propinquorum aut extraneorum seu principum, cartule huius scriptum disrumpere aut contradicere temptaverit, vindicis Dei iram non effugiat, et anathemati districtus subiaceat, et inferni repaulis conclusus debitas penas usque in sempiternum, nisi resipuerit, sustineat, amen, amen, fiat. Testes sunt: Guterrius Petriç et filius eius, ts. Acenar Guterrez, ts. Cite Guterriç, ts. Mames Abbas, ts. Martinus Sebastianiç, ts. Petrus Annaiaç et multi Alii. Benedictus scripsit.

¹ Hermano suyo parece Miguel Fláinez, hacendado en el distrito de Cabezón (*Cart. de Santillana*, p. 7).

² Udias, distrito de Cabezón.

52.

Elvira Hãñez ofrece al obispo y cabildo catedral de Burgos, por el alma de su hijo Pelayo González, casas con sus dependencias rústicas en varios pueblos de tierra de Sedano y Reinosa. — Año 1099.

(Vol. 71, n° 178.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Elvira Hanneç propter amorem Dei et pro anima filii mei Pelagii Gonsalviç do et concedo Deo et Santę Marie Burgensis sedis et tibi, domno Garsea episcopo et vestre congregationi en Butrea¹ uno solare cum sua divisa, cum exitus et introitus, in montes et in fontes; et in Leprosilla² uno solare cum sua divisa, cum exitus et introitus, et in montes et in fontes ab omni integritate. Et in Quintana Montan³ uno solare cum sua divisa, cum exitus et introitus, in fontes et in montes ab omni integritate. Et in Sedano, in barrio de Lagos, uno solare cum sua divisa, cum exitus et introitus, in montes et in fontes ab omni integritate. Et in Fontaneres⁴ uno solore cum sua divisa, cum exitus et introitus in montes et in fontes ab omni integritate. Et in Riba Viele, en rivo de Egrias⁵, unos olare cum sua divisa, cum introitus et exitus ab omni integritate.

Facta carta donationis et confirmationis die noto dominica die era M^a C^a XXXVII, regnante rege Adefonso in Castella et in Toledo et in Legione. Ego Elvira Hanneç cum filiis meis Maria Gonsalveç et Garsea Gonsalveç et Blasquita Gonsalveç, qui hanc cartam legentem audivimus, et de manus nostras † signum fecimus et roboravimus.

¹ Butrera, en la Merindad de Montija.

² Presillas, en el alfoz de Bricia.

³ Quizá Quintana de Monegro, en tierra de Reinosa.

⁴ Desconocemos su situación.

⁵ Velilla, a orillas del Ebro, cerca de Ruijas (Rivo de Egrias) y próximo a Polientes.

53.

Alfonso VI da al obispo de Burgos el monasterio de Santa Eufemia de Cozuelos, con obligación de dos capellanías, que han de establecerse una en dicho monasterio y la otra en la catedral de Burgos. — Bustillo de Castrofuela (Sahagún), agosto 20 de 1100.

(Vol. 71, nº 144.)

Sub Christi nomine. — Ego Adefonsus, Dei gratia totius Yspanie imperator, fatio hanc testamenti seriem ad ecclesiam sanctę virginis et matris Domini nostri Jhesu Christi, sub cuius vocabulo et honore episcopalis sedes in castro de Burgus extat fundata, quam sedem Sanctę Marie de meo pretio et in ipso loco ubi tunc temporis meum palatium erat, edificare mandavi et meo tempore consumavi. Ubi offero monasterium preter illa que iam ibi concesseram ad augmentum cibi et potus Deo servientium, quod monasterium dicitur Sancta Eufemia de Cozuelos, et iacet in territorio de Ferrera. Et sic testor ad supradictam sedem illud monasterium quomodo et totum suum debitum quod ad illum monasterium pertinet vel pertinere debet, cum omni ornamento de ipsa ecclesia et sua litera et vasilis argentea et equas et caballos, mulos et asinos, vacas et boves sive vineas et pomeria, terras cultas et incultas, montes et fontes, pratos, pascua, paludes, arbores fructuosas et infructuosas, rivos, piscarias et molendinos, villas populates et eremas, decanias et totas suas alias divisas seu etiam et hereditates et cum quanto quod ad profectum hominis ibi fuerit inventum cum toto illud concedo post partem Sanctę Marie Burgensis sedis perpetuo servitutum.

Et volo, ut sicut michi promisit venerabilis memorie episcopus domnus Garsia et sibi et decessoribus suis stabilivit perpetuo mansurum, sicut gratis et sine mea petitione

promisit sive in vita sua quomodo et in vita aliorum episcoporum, qui in eius sedem successerint, sic ex debito complere studeant, hoc est, ut episcopus Burgensis duos presbiteros constituat qui semper pro me orent et pro meis parentibus, et cotidie pro mei memoria singulas missas canant sive in vita mea quomodo et post mortem, et tam in vita istius presentis episcopi quam etiam et in vita aliorum omnium qui post eum successerint; quod si aliquis istorum sacerdotum aut neglexerit aut mortuus fuerit, statim alter presbiter in eius loco constituatur qui idem debitum persolvat. Unum autem istorum sacrificiorum offeratur in Sancta Maria, alterum vero in Sancta Eufemia, ne in una eademque ecclesia unum idemque sacrificium bis offerri sit honorosum, quia michi dignum videtur ut ipsi de meo beneficio qui corporalem in hoc seculo susceperint sustentationem, orationibus insistant ut ego a Domino eternam recipiam remunerationem. Quod si quis ipsorum episcoporum facere aut neglexerit aut contempserit, in oblivione dentur eius bona opera coram Deo, et eius pravitates ad sui confusionem ascribantur, et in die iudicii ipse penam pro peccatis meis sustineat. Ego autem, sicut supra scriptum est, perpetuo concedo illud monasterium ad sedem Sanctę Marie sic servitutum ab omni integritate sicut illic solent servire omnes sue alie hereditates, et ab hodierno die et deinceps de iure meo sit abrasum et episcopali donationi et canonicorum eius sit mancipatum evo perhenni et per secula cuncta.

Si quis tamen, quod fieri minime credo, contra hoc factum meum ad inrumpendum venerit, sive sit propinquus meus vel extraneus, quisquis ille fuerit qui talia committere temptaverit, sit excommunicatus et a fidelium consortio irrevocabiliter separatus, et cum Dathan et Abiron, quos terra deglutivit vivos quia rebelles extiterunt mandatis Dei et contradixerunt Moysi servo eius, et cum Juda Domini traditore, qui penitentia ductus laqueo se suspendit et sic vitam cum visceribus fudit, in profundo inferni penas eternas luiturus demergatur; post damna vero temporalia, qui de causa ipsius monasterii aliquid inquietare temptaverit, reddat illud duplatum vel triplatum, et ad partem regis qui illam terram

mandaverit auri purissimi libras C., et hoc meum factum in cunctis plenam obtineat firmitatem.

Facta autem hac scriptura firmitatis in era M^aC^aXXXIV^a 1 et noto die qui fuit XIII kalendas setembris, et fuit scripta et confirmata in territorio de Castro Froilla, id est, in Busiello. Ego Adefonsus, Dei gratia Toletani imperii rex, sicut facere mandavi et confirmo. Urraca, Fredinandi regis et Sancie regine filia, regisque germana, cf. Reimundus tocius Gallecie comes, generque regis, cf. Urraca, eiusdem imperatoris filia et domni Reimundi comitis uxor, cf. Henrricus, Portugalensis et Colimbriensis provincie comes regisque gener, cf. Tarasia, eiusdem regis filia et de ipso comite domno Benrrico uxor, cf. Bernardus Toletani imperii archiepiscopus, cf. Reimundus Palentine sedis episcopus, cf. Petrus Nazarensis sedis episcopus, cf. Petrus Legionensis sedis episcopus, cf. Garcia Burgensis episcopus, quod michi et sedi mee collatum est, libens, cf. Petrus Asuriç comes, cf. Garcia Ordonniç comes, cf. Gomeç Gonçalviz comes, cf. Martinus Flainiç comes, cf. Fernando Munioç, maiordomus regis, cf. Gotier Munioç, maiorinus de Castella, cf. Ordonio Albarç, armiger regis, cf. Gonçalvo Nunniç, cf. Alvaro Didaç, cf. Vermudo Rodrigueç, cf. Petro Albareç, cf. Ruderigo Gonçalviç, cf. Ruderigo Vermudiç, cf. Pelagius Ruderiquiç, cf. Pelagius Petriç, cf. Ruderigo Velaç, cf. Gonzalvo Munioç, cf. Ruderigo Petriç, cf. Pelagio Alfonso, cf. Gomeç Pelaç, cf. Didago Goncalviç, cf. Fernando Gonsalviç, cf. Garcia Munioç cf. Tello Gutier, cf. Petro Sonnaç, cf. Pelagius Erigiç, cagnomento Botan, qui notavit.

1 Fecha equivocada: el 20 de agosto de 1096 no era aún obispo D. García; por otra parte, el alférez del rey, Ordoño Álvarez, no aparece en su cargo hasta 1099 y 1100; y Escalona (p. 499) publica un documento real de 1100 donde confirman los mismos personajes que en el presente.

54.

Gustios Rodríguez y su mujer Argilo Ordóñez dan al obispo de Burgos y su catedral posesiones en varios pueblos de tierra de Juarros y Belorado. — Año 1100.

(Vol. 70, n° 7.)

Sub nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Gudestio Ruderiz et uxor mea Arilo Ordonget, nullo pavore alicuius hominis cogente neque suasionem, sed propria et spontanea nostra voluntate, pro remissione videlicet peccatorum nostrorum et ut horrendas et inextinguibiles baratri penas possimus evadere et ad gaudia felicitatis eterne pertingere, tradimus corpora nostra et animas nostras ad ecclesiam Sancte Marie Burgensis sedis in presentia Garsie, venerabilis eiusdem ecclesie episcopi, necnon canonicorum ibidem Deo servientium. Offerimus etiam ad honorem prefate sedis ad victum clericorum, ad sustentationem pauperum, parva munuscula de nostris hereditatibus, ut partem mereamur habere in Deo placitis orationibus. Videlicet, concedimus in primis illam partem quam habemus in villa que vocitatur Quintanella de Sancio Garcez, totam ad integrum sicut nos possidemus, cum nostra divisa et cum solares tam populosos quam eremos. Et in valle de Palatiolos, in Villa Momel¹, illam divisam cum suis solares populosos de Tello Cidez et de Oveco Sangez, et alios duos solares cum toto suo directo. Et in villa que dicitur Palaciolos² divisam cum suis solares de Sango Nunnez et illas ferragines.

Sed et adicimus in villa que dicitur Carrias divisam cum suis solares populato (*sic*), unum de Johannes. In Castriello de Carrias divisam cum suis solares, unum populatum de

¹ Villamiel de la Sierra, en tierra de Juarros.

² Palazuelos de la Sierra, lindante con el anterior.

Dominico. In Quintaniella de Carrias divisam cum suos solares populos de Johannes et de Lacente, et unam sernam et duos agros in montecillo ¹. Donamus supra nominatas divisas et illos solares, tam populos quam eremos, cum omni sua veritate sicuti possederunt parentes nostri et nos teneamus cum terris, vineis, ortis molendinis, arboribus fructuosis et infructuosis, cum aquis aquarumve ductibus, cum montibus, fontibus, paludibus, pascuis, defesis, cum exitibus et regressibus, omnia ad integrum. Si quis tamen, etc.

Facta huius cartule scriptura era M^a C^a XXXVIII ² rregnante gloriosissimo rege Ildefonso eiusque coniuge Helisabet in Toletto, Legione, Castella, et sub eius dominio Raimundo in Gallecia, comite Henrico in Portugale et in Sanctaren. Ego vero Gudestio Roderiz et uxor mea Arilo ³, qui hanc cartam fieri precepimus, coram nobis legentem audivimus et perlectam hoc signo sancte † corroboramus, corroboratamque subscriptis testibus ad confirmandum dedimus. Garseas comes de Nagara, cf. Gomizo comes, cf. Alvaro Didaz princeps, cf. Rudericus Munioz, filius Munionis comitis, cf. Gundisalvus Nuniz princeps, cf. Rudericus Gundisalvez princeps, cf. Bermudo Roderiz princeps, cf. Petrus Albaréz princeps, cf. Sebastianus Petriz, cf. Lope Gundisalvez, cf. Lupe Sangez, cf. Didaco Sangez, cf. Enneco Semenonez, cf. Gundisalvo Assuriz, cf. Garsea Albarez, armiger regis, cf. Munio Roderiz, cf. Didaco Fredinandiz, cf. Gutier Fredinandiz, cf. Bida Domingez, ts. Fredinandus Munioz, ts. Gundisalvus Sangez, ts. Zite Oveciz, ts. Petro Hanniz, ts. Didaco Bermudiz, ts. Abbas Atemirus, ts. Ciprianus presbiter, ts. Dominicus presbiter, ts.

¹ Carrias y Castil de Carrias, entre Briviesca y Belorado; Quintaniella de Carrias no existe ya.

² SOTA, *ob. cit.*, p. 535, publicó un resumen de esta escritura, agregando que carecía de fecha.

³ Argilo o Arilo Ordóñez era hermana de Rodrigo Ordóñez, el alferez de Alfonso VI (*Cart. de Cardeña*, p. 197).

55.

Doña Godo, hija de García Armildez, otorga a la catedral de Burgos toda su propiedad en los pueblos del valle de Carriedo que nombra. — Marzo 7 de 1101.

(Vol. 71, n° 184.)

Sub Patris imperio eiusque unigenito, pariterque flamine sancto, qui continet mundum et iudicaturus est seculum, cum quo omnes sancti sunt sine fine mansuri. Ex eius adiutorio excipitur hoc titulo. — Ego domna Godo, filia Garsie Ermeldeg, sicut placuit michi bono animo et caro consilio, nullus quoque cogentis imperio nec suadentis ingenio, neque per vim neque per metum neque per conturbato sensu sed propter amorem Dei et remedium anime mee et parentum meorum, infernum timendo, paradisum conquirendo, dono et concedo omnem hereditatem meam ab omni integritate Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis, sciente vobis fatio loco prenomينات: in villa quę vocitant omnes Quintanellas uno solare prenominato cum sua divisa. Et in alia villa, quę vocatur Mata Lagarta de domna Fronilde, duos solares cum suos exitus et regressus et cum sua divisa ab omni integritate quantum ibi ad me pertinet. Et in illa Mata, quę supradiximus, la octava de Garsia Ermeldeg meo patre in solares cum sua divisa et cum sua hereditate ab omni integritate. Et in Barcinillas duos solares cum sua divisa et cum sua hereditate ab omni integritate. Et in Sancta Maria de Tezanos, in monasterio illo, meam portionem, illam quartam partem quam diximus de domna Fronilde. Et in Sancto Petro de Valle de Carredo meam portionem, la quarta de domna Fronilde. Et in Rivo seco de Valle de Carredo la quarta de domna Fronilde¹. Scriptura ista firma permaneat nunc et in perpetuum.

¹ No sabemos la situación de Quintanillas y Mata Lagarta,

Facta carta die noto feria V^a, nonas marcii, era M^a C^a XXX^a VIII, regnante rege Adefonso in Legione et in Castella et in Toletto et in Gallecia, Garsias episcopus presidente in ecclesia beate Marie Burgensis. Et ego Godo Garciez, qui hanc cartam fieri mandavi, legentem audiui et manibus propriis hoc signum feci † et roboravi. Et ego Godo Garciez accepi in roboratione de vobis Roderico Pascalez XVIII dineros coram testibus. Bida Ferro hic, ts. Domno Oveco hic, ts. Fernando hic, ts. Dominicus hic, ts. Domnus Nunno hic, ts. In concilio de Quintana de iuso ¹ similiter roboraverunt. Et ego Rodrigo Pascalez dedi hominibus illius ville IIII denarios in roboratione. Petrus presbiter, scripsit.

56.

Juan Miguélez y su mujer Juliana dan al obispo y cabildo catedral de Burgos varias posesiones, sitas en los términos municipales de la ciudad. — Año 1101.

(Vol. 71, n^o 184 b.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Johannes Michael et uxor mea Juliana, propria nostra voluntate, pro remedio animarum nostrorum et parentum nostrorum, damus ad honorem beate Marie Burgensis sedis et tibi venerabili patri, prefate sedis episcopo Garsie, in nostra quinta illam vineam de Calzata ², ex una parte est collataneus Simon iudeus, ex alia parte est allethaneus Vegago iudeus. Et damus aliam vineam in illa cuesta Sancti Vincentii, et ex una et alia parte est collataneus Salvador Johannes. Et damus illam nostram partem quam habe-

aunque el contexto parece indicar estaban en la misma región que los siguientes Barcenillas, Tezanos y demás, es decir, en la de Carriedo (Santander).

¹ Quintana, en el valle de Carriedo.

² Término municipal de Burgos.

mus in illo maiolo de Plantada, de una parte est collataneus Salvator Johannes, et de alia parte Julianus. Similiter tribuimus illum nostrum medium ortum, qui est iuxta illos molendinos de rege, ex una parte est collataneus Cide, filius de Aboham, de alia parte Johannes Dominici. Si quis vero ex nostro vel alieno genere hanc quintam partem, quam nos pro scelerum nostrorum absolutione Deo et Sanctę Marie tibi que suprascripto episcopo concedimus, a loco illo abstrahere vel contrariam aliquam vocem levare voluerit, seu aliquo modo temptare conatus fuerit, in primis tres libras auri persolvat, iramque Dei omnipotentis et omnium sanctorum incurrat; demumque baratri penas per infinita secula cum diabolo sustineat.

Facta carta era M^a C^a XXX^a VIII^a, regnante rege Ildefonso in Toledo et in Castella, Legione et Gallecia necnon et Naçara; sub eius namque gratia Tellus Didaz, maiorinus in Burgos. Ego Johannes et uxor mea Juliana, qui hanc cartam fieri precepimus, testibus ad roborandum et confirmandum damus. Johannes Dominici, ts. Martinus Salvador, ts. Dominicus Michaelis, ts.

57.

El presbítero Juan elige sepultura en la catedral de Burgos, a la cual cede la tercera parte del bien mueble que se encontrare a su muerte en la casa de su hermano. — Año 1101.

(Vol. 71, n^o 183.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis. — Ego Johannes presbiter, natus de Rivo Cavato ¹, nullo terreno imperio neque aliquo metu cogente sed mea propria et spontanea

¹ Como en la Edad Media había en la provincia de Burgos varios pueblos Ríocabado, no podemos asegurar se refiera aquí a Ríocabado de la Sierra, en tierras de Salas de los Infantes.

voluntate, pro remissione peccatorum meorum trado corpus meum et animam ad ecclesiam sanctę Marie Burgensis sedis, in manus venerabilis Garsie episcopi presidentis, necnon canonicorum ibidem Deo servientium. Et quia unitatem ab eo factam cum fratre meo et cognata uxoris fratris in omni mobili quod modo habemus, vel quod in omni vita nostra coadunare poterimus, ita ut tertia pars sit fratris mei, tertia vero cognate mee, cum alia tertia parte sicut supra scriptum est trado corpus meum et animam meam ad prefatam sedem Sanctę Marie Burgensis. Si quis vero ex omni mea parentela, fratrum, sororum vel nepotum, etc.

Facte huius cartule titulo era M^a C^a XXX^a VIII^a, regnante rege gloriosissimo Ildefonso in Toletto, Castella et Legionis. Ego siquidem Johannes, qui hanc cartam fieri precepi, manu propria hoc signo crucis roboravi, et subscriptis testibus ad roborandum tradidi. Nunno Faneę hic, ts. Munio Nuneę hic, ts. Veila Ennego hic, ts. Oveco Garcia hic, ts. Sancius Munioę hic, ts. Fortunius Blasqueę, ts.

58.

El presbítero Gutierre y su madre eligen sepultura en la catedral de Burgos, a la cual ceden su casa y propiedad en Ubierna bajo ciertas condiciones, y entre ellas, que pueda gozar de dicha hacienda alguno de sus parientes cercanos, si fuere clérigo. — Año 1103.

(Vol. 71, n^o 185; vol. 70, n^o 9.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris, et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Gutierre et mater mea Nogo, nullo cogentis imperio nec suadentis ingenio sed propter remedium animarum nostrarum et propter amorem illius qui dixit: quicumque dimitteret terras, vineas, agros pro nomine illius, centuplum accipiet et haberet vitam eternam, damus et offerimus corpora nostra et animas nostras, etiam conce-

dimus domos nostras proprias cum suo solare et sua divisa cum terris, vineis, ortis, et omnia nostra que habemus tam mobile quam immobile damus ad omnem integritatem Deo et Sanctę Marie Burgensi sedi tibi que benignissimo episcopo Garsie ac ceteris clericis, ibidem Deo servientibus, tali tamen pacto ut in omni vita mea sit in mea potestate, et secundum meam voluntatem habeam. Si vero, quod absit, talis necessitas michi Guterro presbitero evenerit, habeam potestatem vendendi quicquid voluero. Si autem non me bene potuero continere in ipsa mea hereditate, ut eam ad mercedem Sanctę Marie et illorum seniorum qui ibi Deo servierint, et faciant michi honorem et mercedem uti meis similibus vel uti merces illorum fuerit. Si quippe antequam mater mea ex hoc seculo obiero, accipiat mater mea solummodo de pane et vino medietatem, non de alio; et si mater mea ante me transierit, remaneat totum Deo et suprascripte sedi.

Post obitum meum, si aliquis ex meis consobrinis vel congermanis fuerit clericus et dignus ut possit bene regere illam domum, habeat per voluntatem episcopi ipsius prescripte sedis et seniorum ibi Deo servientium, et serviat illis secundum ut ego. Cum autem ego Guterre et mater mea Nogo migraverimus ex hoc seculo, deferte nos cum nostras gentes ad Sanctam Mariam, ibique cum honore sepelite nos et orate pro animabus nostris. Si quis ex nostra prole hanc nostram offerendam de iure Sanctę Marie per vim abstrahere voluerit, in primis iram Dei habeat et cum Juda Domini traditore in inferno penas per infinita secula sustineat, regi terre III libras auri persolvat, et quod retemptaverit duplatum restituat.

Facta carta era M^a C^a XL^a I^a regnante rege Adefonso in Toledo, Castella, Legione et Gallecia, etiam et in Nazara. Ego Guterre presbitero et mater mea Nogo, qui hanc cartam fieri precepimus, manibus nostris roboravimus et testes ad confirmandum dedimus in concilio Sancti Martini de Ovirna, ubi hec hereditas nostra est. Et hec divisa fuit de domna Oro et vendidit illam michi sua germana domna Blasquita. Cite, ts. Didacus, ts. Durabilis, ts.

59.

Doña Sancha cede a la catedral de Burgos la iglesia de Santa María de Ruerrero con sus vasallos y dependencias. — Fines del siglo XI o principios del XII.

(Vol. 33, nº 186, perg., letra visigoda.)

In Dei nomine ego Santia..... nulliusque gentis inperio nec suadentis inienio sed proprio meo arbitrio et libenti animo trado corpus meum et animam meam ad atrium Sancte Marie Burgense sedis, et offero ad honorem Dei et Sancte Marie semper virginis et omnium reliquie sanctorum ibi recondite, necnon et tibi patri spirituali Garsie episcopus et ceteris clericis, ibi diu noctuque Deo et sanctis eius servientibus, concedo pro parentum meorum requiem et facinorum meorum remissione monasterium meum proprium quod habui ex parte parentibus meis in locum que dicitur Ripa Iberi, id est, Sancta Maria de Riu Ferreros ¹ cum quantum ei pertinet, cum decaniis et divisis, collazos, cum terris et vineis, montibus, fontibus, pratis, pascuis, molendinos, cum introitu et regressu, ab omni integritate, cum mobile et immobile, ut sit subsidio clericorum et pauperum, qualiter per hoc munusculum, Deo et sanctis eius oblatum, et vestrarum precum adiuti, mereamur evadere penas inferorum et cum celicolis heredes fieri in regnum celorum A ².

¹ Ruerrero, cerca de San Martín de Helines, en tierra de Lora.

² Esta escritura parece un borrador de la definitiva, que debió extenderse con fecha y testigos. Doña Sancha era tía de Diego Teliz, como se ve en la escritura de 1106, que va adelante, y ella fué quien edificó y dotó la iglesia, objeto de esta donación.

60.

Pascual II encomienda al obispo de Burgos decida dentro de la octava de la Epifanía del año siguiente el litigio sobre términos entre los obispos de Compostela y el de Mondoñedo. — Roma, octubre 14 de 1104.

(Vol. 71, nº 59.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri G. Burgensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Inter Compustellane et Mindonensis ecclesie clericos de quibusdam finibus parrochiarum iam diu questio agitur, quorum videlicet finium vocabula hec fatentur: Transancos, Bisauco et Salagia. Quamobrem volumus ut sollicitudo tua ad Asturicensem accedat ecclesiam, quo utreque partes ante vestram valeant presentiam convenire. In quo nimirum conventu fines ipsos quadraginta annis inconcusso iure Mindonensem ecclesiam possedissee per tres eiusdem ecclesie actores, vetustiores scilicet personas, iusiurandi assertionem constiterit, omni remota calumpnia, quieti et inconcussi eidem Mindonensi ecclesie conserventur. Si vero Compustellane seu Iliensis ecclesie actores quadragenariam possessionem interruptam evidenter ostenderint, tunc de proprietario iure tractetur et discussa certius veritate, cui proprietas competere claruerit, concedatur. Hunc sane conventum in proximis Epiphanie octavis peragendum Domino largiente decernimus. Datum Laterani II idus octobris.

61.

Pascual II ordena a Bernardo, arzobispo de Toledo, resida en su diócesis y restituya a la de Burgos las iglesias y pueblos que debía restituírle en el acto de poner obispo propio en Osma; excluye a la diócesis de Burgos del territorio a que se extiende la legación de dicho arzobispo; pone en entredicho a los pueblos que debe restituír mientras no lo efectúe, y condona los frutos que el arzobispo haya recogido en ellos.— Roma, mayo 4 de 1105.

(Vol. 71, nº 69.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B. Toletano episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc vices nostras accepisse meministi ut alios inordinate ambulantes corrigeres. Tu autem ipse ita ordinis metas egrederis, ut alienos fines frequentius visitans, propensius gravans, in tua diocesi vel ecclesia rarius videaris. Qua in re sanctorum Calcedonensium Canonum precepta conculcas, qui ultra tres dominicos dies episcopum ecclesie sue abesse manifestius prohibent. Super hæc, cum personarum seu rerum ad nos specialium pertinentium tutor esse debeas, Burgensem episcopum et ecclesiam non solum impugnas et gravas sed etiam rebus suis vehementius spolias. Partem enim parrochie, quam usque ad conductum tempus ex predecessoris nostri indulgentia clementiore tenueras, ecce iam post tempus ipsum biennio tibi vindicare non desinis, et nec predecessoris decreto nec litterarum nostrarum precepto ab eadem usurpatione te retrahis.

Eapropter dilectionem tuam monemus ut in ecclesia tua stabilis perseveres, nec facile nisi necessitate urgente graviori alienos ambias fines, nec fratres tuos ulterius pergraves quos pro commisse vicis offitio levare ac solari in quibuslibet oportunitatibus debes. Porro quia parrochie partem Bur-

gensi ecclesie totiens monitus reddere contempsisti, quin etiam eandem ecclesiam et episcopum eius tot ac tantis molestiis agitare persistis, nos ecclesiam ipsam cum omni parrochia sua et episcopum legationi tue omnino subtrahimus. Quin etiam, donec partem ipsius parrochie iuxta terminos descriptionis, que apud monasterium de Fusellis facta est, ad integrum restituas, et eidem parrochie divinum omne officium preter baptismum et morientium penitentias interdiciamus, et te a nostre vicis auctoritate suspendimus, ut scias que Romane ecclesie specialia sunt specialius diligere et carius confovere. De ceteris que, licet reddideris, ultra prefixum terminum tenuisti et in reditu bonis pene omnibus exuisti, fructus quidem omnes iusticia dictante restituendi sunt, sed nos pro solita benignitatis gratia eiusmodi recompensationem fieri volumus ut neutra pars merito de gravimine conquatur. Datum Laterani III^o nonas maii ¹.

62.

Alfonso VI da a Pedro Ibáñez el pueblo de Villayuda, excluyendo de él otro cualquier propietario o señor, con facultad de poderle enajenar a quien quisiere. — Septiembre 22 de 1105.

(Vol. 71, n^o 147; SOTA, «Principes», p. 535.)

In nomine Domini unius et trini, et pro redemptionem ex virgine genus perditumque omne sanguinis unda restitutum, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen. — Ego Adelfonsus, Dei gratia imperator totius Yspanie, una cum consen-

¹ Esta fecha corresponde, según el texto de la bula, a más de dos años después de establecerse en Osmá su primer obispo propio; los autores no están de acuerdo sobre el año en que se efectuó esto: unos dicen que en 1101, otros lo retrasan hasta 1103. Puede ser esta bula de 1104-1105.

su dilectissime uxori mee Helisabet regine, facio tibi Petro Johanni ¹cartam donationis et profiliationis seu confirmationis de villa que vocitant Villa aiuda ², et concedo tibi illam ut habeas et possideas eam ab omni integritate sine ullo herede tu et qui tibi extiterit voluntas, cum terris et vineis et ortis seu quoque pratis, pascuis, paludibus et aquis aquarum, exitus montium et regressum. Omnem hanc causam, sicut meo grato animo hic conscribo sic tibi concedo, ut habeas et possideas eam iure perpetualiter, et facias ex ea quod tibi extiterit voluntas. Et si aliquis homo ad hunc meum factum venerit, vel vestrorum quisquis fuerit qui talia commiserit, tunc pariet tibi vel voci tue omnia in duplo et ad partem regis auri talenta V. Notum diem X kalendas octobris era M^a C^a XLIII^a. Ego Adefonsus, Dei gratia imperator, in hunc meum factum que fieri iussi manu mea roboravi et confirmavi. Regina Helisabeth, cf.

Ego Adefonsus, Dei gratia Yspanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Berengaria et filio meo rege Sancio, hanc cartam quam avus meus fecit, propria manu roboro et confirmo era M^a C^a LXXX^a III^a in anno quo fuit capta Cordoba. Santius infans, filius eiusdem imperatoris, cf.

Henrricus comes generque et Portugali senior, cf. Terasia uxor eius et filia eiusdem imperatoris, cf. Raimundus comes generque et Gallecia senior, cf. Urraca uxor eius et filia eiusdem imperatoris, cf. Bernardus archiepiscopus Toletane sedis, cf. Petrus episcopus Legionense sedis, cf. Garsea episcopus Burgense sedis, cf. Garsea comes, cf. Gomeç Gundisalviç comes, cf. Rudericus Munnioç comes, cf. Senior Didago Sangiç, cf. Senior Lop Sangiç, cf. Garsea Alvareç, armiger regis, cf. Ruderico Gundisalviç, cf. Gonçalvo Nunneç, cf. Guterre Fernandeg, cf. Alvaro Didaç, cf. De scola regis: Pelagius, maiordomus regis, cf. Fernando Petriç, cf. Petro Gun-

¹ Fué merino mayor de Castilla, y en especial de Nájera, mientras gobernó esta ciudad el conde García Ordóñez (*Cart. de San Millán*, pp. 245, 250, 253, 264, 318, etc.; *Cart. de Cardena*, pp. 190 y 372).

² Villayuda, en las cercanías de Burgos.

disalviç, cf. Flaino Didaç, cf. Pelagio Gomeç, cf. Petro Gu-
tierriç, cf.

Domnus Victor electus in Burgis, cf. Rege domno Gar-
sia, cf. Comes Pontius, maiordomus imperatoris, cf. Guter
Fernandiç, cf. Comes Lupo, cf. Comes Ermegodus, cf. Comes
Malricus, cf. Gundisalvus Ruderici, cf.

63.

*Pascual II manda a varios obispos que habían inter-
venido en el concilio de Husillos le expliquen con exacti-
tud y sin lugar a dudas los términos señalados en dicho
concilio a las diócesis de Burgos y Osmá, y le informen
acerca de una antigua división de términos diocesanos
que el obispo de Osmá alega en su favor. — Abril 27
de 1106.*

(Vol. 71, n° 56.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus
fratribus et coepiscopis P. Pampilonensi, P. Legionensi,
D. Compustellano, R. Palentino, P. Naçarensi, P. Asturicen-
si, salutem et apostolicam benedictionem. Inter confratres
nostros Burgensem et Oximensem episcopos pro parrochia-
rum divisionibus laboriosa questio ventilatur; Burgensis
enim divisione illa nititur quę apud monasterium de Fusel-
lis facta est, et tam predecessoris nostri quam nostro privi-
legio confirmata. Oximensis autem ecclesiam suam divisione
illa pregravari conqueritur, et quedam nobis divisionis an-
tique scripta pretendit, in quibus aliorum episcopatum di-
visio facta commemoratur. Vos ergo, venerabiles fratres, qui
in Fusellensi concilio interfuistis, ad parrochiarum ipsarum
fines omni occasione seposita convenire precipimus, ut dili-
gentius et morosius divisionis illius terminis indagatis, am-
biquitatem quę eisdem terminis agitur auferre possimus.

Illud etiam evidentius agnoscatis utrum ille divisiones episcopatum, quas frater noster Oximensis inveniri posse confidit, in aliqua vetustiori et autentica scriptura inveniantur. Porro super his omnibus qualiter se rei veritas habeat, vestris volumus litteris informari, quatinus largiente Domino et fratribus nostris labores tantos et ecclesiis utrisque scandalum auferre possimus. Datum V^o kalendas mai ¹.

64.

Los nobles Diego Téllez y su mujer Teresa ratifican al obispo de Burgos la propiedad de cuanto a ellos pertenece en la iglesia de Ruerreros, edificada por su tía Sancha, y en las posesiones con que ésta la dotara. — Año 1106.

(Vol. 71, n^o 186.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Didaco Telliz ² et uxor mea domna Tirasia propria ac spontanea nostra voluntate offerimus corpora et animas nostras Deo et Sanctę Marie Burgensi sedi et vobis venerabili episcopo Garsia cum commissis clericis ibidem Deo et Sanctę Marie servientibus; et damus pro remedio animarum nostrarum illam nostram partem quam habemus in illo loco ubi tia mea domna Sancia hędificavit ecclesiam in honore beate virginis Marie in Rivo de Ferrero, tam in ecclesia quam et in domibus quantum ad nos pertinet; totum concedimus Deo et Sanctę Marie prescripte sedi et vobis prefato episcopo G.; etiam et confirmando damus illam

¹ En estos días vagaba el papa por las cercanías de Monte Casino, donde estaba dos después: quizá a eso obedece la supresión del lugar donde se expidió la bula.

² Fué gobernador de Sepúlveda (*Cart. de San Millán*, p. 266). Es mencionado en el Poema del Cid (MENÉNDEZ PIDAL, *La España del Cid*, t. II, p. 596).

partem de Fredinando Obecoz quantum ad nos pertinet, quam et tia mea obtulit similiter Deo et Sanctę Marie Burgensi sedi quantum ad illa pertinuit; quatinus vestris orationibus adiuvati, valeamus et in hac vita pressuras mundi superare, et in futuro cum sanctis omnibus in celesti regno sine fine gaudere. Si quis nostrorum filiorum seu consanguineorum aut extraneorum, etc.

Facta carta era M^a C^a XL^a III^a, regnante glorioso rege Adefonso in Toletto, Legione, Gallecia, Castella et Nazara. Ego Didaco Telliz et uxor mea domna Tirasia, qui hanc cartam fieri precepimus, propriis manibus roborando super altare beate Marie prefate sedi offerimus, et alios testes ad confirmandum subscribere fecimus.

65.

El conde Gómez González y su mujer Urraca dan a Miguel Díaz la iglesia de San Miguel de Busto, que ellos han dotado, con las propiedades que se expresan.— Mayo 6 de 1107.

(Vol. 26, fol. 1; copia en perg. del siglo XII.)

† Evangelicis preceptis ammonitus in quibus dicitur: date elemosinam et omnia munda erunt vobis; ceterisque in quibus subinfertur: abscondite elemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro vobis ad Dominum, quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum: ob peccatorum meorum diminutionem et infernalis ignis evasionem regnique celestis adeptionem, feci hanc scedulam sub nomine Patris et Nati et Spiritus almi. Ego comite Gomez Gonzalvez et uxore mea Urraca cometissa ¹ donamus tibi Michaeli

¹ El conde Gómez González parece en 1094 con título de *senior*, o *sea*, potentado en la Bureba y con mando en varios pueblos de la misma; en 1095 sigue al rey sin título alguno; en 1096 se dice ex-

Didaz pro remedio animarum nostrarum ecclesia S. Michaelis, que est in villa que dicitur Busto¹, cum uno solare iuxta ipsam ecclesiam cum sua divisa, que fuit de fratre meo Fredinando² pro remedio anime sue; et donamus tibi illum solarem in quo Michael Tellez habitat, quod est de nostra propria hereditate, cum terris et vineis et molendinis et ortis et areis et exitibus et introitibus; et donamus tibi una terra in el Petron et una vinea tras las eras. Ego Michael Didaz acabde ad ecclesiam S. Michaelis una vinea en Trocidiella iuxta viam publicam, et una terra in fondon de villa, et alia terra in aria de comdado, et alia terra in los foiolos.

Quicumque ergo regum succedentium vel comittum vel merinorum vel rusticorum vel militum hanc kartam, quam ego comes Gomez Gonzalvez et uxor mea Urraca cometissa tibi Michaeli Didaz fecimus, irritam facere voluerit, sit particeps eius dampnationis in qua esse cognoscitur anima et corpus Jude traditoris; sit maledictus et excommunicatus, sit anathema maranata, hoc est, pereat in secundo adventu Domini, amen; et pectet regi terre XL^a libras auri, et ipsa hereditate duplicata vel meliorata in tali loco.

presamente que gobernaba a Pancorbo por el rey; en 1097 es jefe militar de Pancorbo, Peralada y Poza; en 1098 figura como alférez de Alfonso VI; en 1099 ya aparece con título de conde y gobernando a Bureba y Cerezo, y así le vemos en los documentos hasta fines de 1110 o principios del 1111 que murió en la batalla de Camdespina, peleando contra Alfonso el Batallador (*Cart. de San Millán*, pp. 285, 290, 291, 292 y 298; *Documentos..... Valladolid*, pp. 29 y 56; *Cart. de Silos*, p. 33 y ss.). — Su esposa doña Urraca debió ser la Urraca Álvarez, hija de Alvar Díaz, noble heredado en Bureba y gobernador real de Grañón y tierra de Oca (*Cart. de San Millán*, p. 240 y ss.). — Véase también, con respecto a D. Gómez González y sus dignidades, BALPARDA, *Historia de Vizcaya*, t. II, p. 278.

¹ No corresponde a la iglesia del pueblo de Busto de Bureba, que lleva la advocación de San Martín, sino a otra, desaparecida, que estaría en sus términos.

² Fernando González, que con título de senior o potentado aparece en 1094 (*Cart. de San Millán*, p. 285).

Facta est carta ista in era M^a C^a XL^a 1, II^o nonas mai, feria I^a, regnante rege Aldefonso in Toieto et in Castella, comite Gomez Gonzalvez tenente Borovia, comite Petro Gonzalvez tenente Lara, Cith Gustioz, merinu de comite don Gomez, Garsia Burgensis episcopus, senior Lop Sanggez de Ripa Ota, ts. Senior don Acisclo, ts. Petro Munioz, ts. Johanes Gonzalvez, ts. Alfonso Cidez, ts. Petro Andres de Villa de Canes, ts. Gonzalvo Didaz qui tenet Petralata, ts. Cith et Bellid, testes.

66.

El conde Gómez González con su mujer Urraca dan a Miguel Díaz la iglesia de San Miguel de Busto para que la pueble, y él y sus descendientes clérigos sean patronos de la misma, y asistan con las rentas de la iglesia a los parientes que fuesen pobres. No habiendo clérigos en la familia, los patronos nombrarán uno que administre la susodicha iglesia y sus bienes. — Mayo 6 de 1107.

(Vol. 34, fol. 44, orig. perg., letra visigoda.)

† Evangelicis..... etc. Sub nomine Patris et Nati ac Spiraminis almi. — Ego Gomez Gundissalvi comes una cum uxore mea Urracha cometissa donamus tibi Michaeli Didaci ecclesiam S. Michaelis in villa que vocatur Busto, cum uno solar iuxta ipsam ecclesiam cum sua divisa, que fuit de fratre meo Fredinando pro remedio anime sue. Et donamus tibi uno solar populato de nostra propria hereditate, cum terris et vineis et molendinis et orto et area et exitu; et unam terram al pedron, et unam vineam en tras las eras et una fer-

¹ El amanuense olvidó aquí el número V, pues sólo en la era de 1145 coincidía el II^o nonas de mayo con lunes; y se ve por esta fecha de mes que la escritura fué otorgada el mismo día que la siguiente.

ren ad altare de Sco. Michaeli sobre la carrera, alia so la carrera, a rio de Varzena ¹ una ferren cum suo linar, uno orto sobre la fonte de Cantariello. Et sub tali pacto pretextatam ecclesiam cum prenominata hereditate tibi damus ad populandum, ut ex hodierno die usque in perpetuum sit in predicta ecclesia monasterium; et concedimus firmiter ut tu et omnis posteritas tua, qui clerici fuerint, sint domini et patroni predictae ecclesie, et provideant caute et honeste ne possessiones et bona ecclesie incaute pereant, et pro nobis assidue omnipotentem Deum exorent; alii vero qui litterati non fuerint, et in predicto monasterio intuitu helemosine de bonis suis aliquid contulerint, si in senectute gravati vel alio quodlibet modo ad inopiam devenerint, concedimus ut in suprascripto monasterio habeant cotidianum victum prout ratio dictaverit, et de linea consanguinitatis vestre sit omni tempore dominus istius monasterii, nisi si defecerit ibi clericus; quod si defecerit, cum consilio omnium vestrorum ibi instituitur. Quicumque ergo regum succedentium vel comitum vel merinorum aut militum vel aliquis ex nostra progenies hoc nostrum preceptum cartam irritam facere voluerit, et quod pro remedio animarum nostrarum vel parentum nostrorum fecimus mutare voluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Juda Domini traditore in inferno inferiori dampnatus, amen; et insuper pectet regi terre XL libras auro, et ipsa hereditate duplata vel meliorata in tali loco. Ego Michael Didaci de mea propria hereditate offero in hoc monasterio unam vineam in Trocidiella iuxta viam publicam, et unam terram in fondon de villa, et aliam terram in arias de comdado, de carrera ad carrera, et aliam terram supra viam, et aliam terram a los foyuelos, et aliam terram en el cuento de Lebrana.

Facta est carta ista in era M^a C^a XL^a V^a in II^e nonas maii, regnante rege Adefonso in Toletto, dominante comite Gomez Gonzalvo B[urebam]. — 1^a col. Petro Gonzalvo, comite Lara. Garsia Burgensis, eps. Senior Lop Sanchez de Riba Otha, ts. Petrus Andreas de Villa de Canes, ts. Gonzal-

¹ Barcina de los Montes.

vo Diaz, tenente Petra Lada, ts. — 2ª col. Johanes Honien-
sis, abbas, ts. Zid Gustioz, merino del comite don Gomez, ts.
Senior Acisclo, ts. Petro Munioz, ts. Johanes Gonzalvez, ts.
Alfonso Cidez, ts.

67.

*Inventario de los bienes de la iglesia de San Miguel
de Busto al morir su abad Vicente que había sucedido en
el régimen de la iglesia a su hermano Miguel Díaz. —
Siglo XII.*

(Vol. 34, fol. 46, copia del siglo XII.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. — Hec est carta
de hereditate monasterii S. Michaelis de Busto et de los so-
lares quam adquisivit Michael Didaci et fratrem eius Vin-
centius qui fuit abbas eiusdem monasterii post obitum fra-
tris: Scilicet Rodericus comes obtulit unum solarem iuxta
ecclesiam S. Martini pro remedio anime sue. Dompna Ste-
phanía obtulit alium solarem sub monasterium iuxta viam
che vadit ad S. Martini, et unam vineam en rio de Varzena
et unam terram en Avezana, de la una part cercha la terra
de la condessa dompna Elvira, de la otra part en sulcu de
la terra de Martin Pedret de Villa de Canes, et donavit pro
remedio anime sue. Et adquisierunt unam vineam en tras
las eras iuxta de la viña de don Flaino. Et adquisierunt unam
terram en tras las eras en soma la terra de la condessa dona
Elvira. Et aliam terram en Saucar cerca de la terra de Pe-
tro Pelaez, et aliam terram en tras la eras iuxta de la terra
de Sancia Navarra; et aliam terram en tras las eras iuxta
viam, et unam terram en los arcellares, et unam terram en
so las viñas et unam terram entrante de la nava de Fradres
iuxta viam, et aliam terram en somo la ribiella de Sant Pe-
laio iuxta de la terra de don Ascillo; et unam terram a la
fonte de Sant Pelaio sobre la carrera, et aliam terram en-

trante del foio de medio iuxta viam; et aliam terram in rio de Salce en sulcu de la serna del comde don Nuño; et unam terram en Regatillu iuxta rio, et aliam terram en Regatillu iuxta viam que vadit a Trocidiella; et uno linar en rio a la presa del molino de la Mata. Et una era tras la ecclesia de S. Michaeli en che trillan las messes del monasterio; cabo essa era tres otras eras en che trillan los collaços del monasterio. Et una vez en el molino de Vadiellu a cabo de octo dias. Et iuxta monasterium poplaron dos solares a la cueva, et a la puerta del monesterio poplaron uno solar, en orto sobre la fonte de Cantariellu poplaron uno solar por a ortolano che era del orto de la casa. En pos che Michael Didaci et fratre eius Vincencius abbates fuerunt et seniores in monasterio de S. Michaeli de Busto. Estos solares con estas hereditates ganaron por assi et a sue generatione que fuessen abbates et seniores del monasterium usque in perpetuum ¹.

68.

Pascual II reconoce como propios de la diócesis de Burgos ciertos pueblos que el arzobispo de Toledo, en cuanto obispo de Osma, había tenido encomendados temporalmente; aprueba los límites de la diócesis como se establecieron en el concilio de Husillos, y reputa apócrifa la «Hitación» de Wamba. — Abril 11 de 1108.

(Vol. 48, fol. 7, orig.; vol. 71, n° 57; «E. S.», t. XXVI, p. 469.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus et coepiscopis P. Legionensi, D. Compustellano,

¹ Vol. 20, fol. 1, copia del siglo XII: Juan González da a San Miguel de Busto una tierra en Lebrana; Pedro Díaz da a la misma iglesia en 1162 una tierra junto al vado de San Florencio, siendo gobernador de Bureba Gonzalo Ruiz, de Briviesca Pedro Pérez y de Pancorbo Fernando Bermúdez.

P. Palentino ¹, P. Nazarensi, P. Asturicensi, salutem et apostolicam benedictionem. Voluntatis quidem nostre fuerat ut frater noster G. Burgensis episcopus Oximensi ecclesie, quia pauperior videtur, aliquid de sue parrochie parte concederet. Ceterum fraternitas vestra, cui terminos illos de quibus questio fuerat indagare precepimus, rescripsit nobis Gomizonem, bone memorie Burgensem episcopum, statim post divisionem factam illos terminos per triennium tenuisse. Cum vero Toletanus archiepiscopus Oximam tenens terminos illos et totam aliam diocesim usque ad rivum de Aslanza et Sanctum Petrum de Barilangas cepisset, totum id Garsias Burgensis episcopus litteris Romane recuperavit ecclesie. Porro scriptum illud vetus quod Oximensis episcopus habere se dicit, sicut nec a vobis ita nec a nobis autenticum creditur. Sane quid a predecessore nostro Urbano super his omnibus et qualiter statutum sit, ex ipsius monumentis certius approbatur. Constat igitur quod frater noster Burgensis episcopus ad concedendam parrochie partem ex iudicio compelli non potest. Ne igitur alterius pax ecclesie perturbetur, terminos illos de quibus hactenus questio acta est et cetera sicut ex romanis privilegiis determinata sunt, Burgensis ecclesia nunc et in futurum perpetua stabilitate possideat. Datum III^o idus aprilis, indictione I^a.

¹ Es dudosa la lectura del nombre de este obispo; pero parece preferible la de Pedro en vez de Raimundo, en cuyo caso puntualizaría esta escritura la fecha hasta ahora indecisa del nombramiento de D. Pedro de Agen para la mitra palentina.

69.

Pascual II declara que Calatañazor, Murillo, Arganza, Mesella, Espeja, Congosto, Buezo, Maderuelo y Boceguillas, señalados en el concilio de Husillos como límites entre las diócesis de Burgos y Osma, han de entenderse incluidos en la primera, y de esta suerte ha de aclararse la ambigüedad con que en este particular se expresó dicho concilio. — Benevento, noviembre 12 de 1108.

(Vol. 48, fol. 4, orig., o acaso copia del siglo XII, en perg., sin sello; vol. 71, n.º 54; «E. S.», t. XXVI, p. 466.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Garsie Burgensi episcopo eiusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Egregias quondam episcopalis dignitatis urbes in Hispania claruisse egregiorum qui in ipsis refulserunt pontificum sive martirum scripta et monumenta testantur. Inter quas Aucensis ecclesia dignitate pontificalis cathedre fuerat sublimata, quam per multos postea annos a mauris vel hismaelitis possessam veridica quorundam relatione cognovimus. Quia vero nostris temporibus Omnipotenti Deo placuit eandem ecclesiam per Ildefonsum egregium regem in Burgensi urbe reparare, et episcopalem ei dignitatem restituere, quod etiam venerabilis memorie predecessor noster Papa Urbanus sui privilegii auctoritate firmavit, eapropter illos eiusdem ecclesie terminos de quibus inter te et Oximensem episcopum questio versabatur, sicut a fratribus et coepiscopis terre illius accepimus, quibus eos indagari precepimus, tuę tuorumque successorum dispositioni parrochiali iure sine alicuius calumnia perpetuo subiacere precipimus, videlicet: Canatanazor, Murellum, Arganza, Mesella, Speia, Congosto, Buezo necnon trans fluvium Doriū Castrum Maderolum, Bosikellas usque ad civitatem Septipublicam cum omnibus illis que citra sunt a termi-

nis prenotatis. Preterea, quoniam Tarraconensis metropolis, cuius diocesis ecclesia Aucensis fuisse cognoscitur, ita irruentibus barbaris detrita est ut nullos eam incolere valeat, pro singulari Burgensis ecclesie amore statuimus ut tam tu quam successores tui nulli preter romanum metropolitano subiecti sint, et sicut fraternitas tua a prefato predecessore nostro in episcopali regimine promota esse dinoscitur, ita omnes qui deinceps in eadem sede successerint per manum romani pontificis tanquam speciales Romanę Sedis suffraganei consecrentur.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie iusta servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiat et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen, amen.

Datum Beneventi per manum Leonis, Romane ecclesie diaconi cardinalis, II idus novembris indictione I^a, anno Dominice Incarnationis M^o C^o VIII^o, pontificatus autem domni Paschalis II pape anno X^o.

Rueda: Verbo Domini celi firmati sunt. — Paschalis PP. II. S. Petrus. — S. Paulus. — Ego Paschalis catholicę ecclesie episcopus, ss. (*Autógrafa.*) — BENEVALETE.

70.

Pascual II ratifica los límites de la diócesis de Burgos en relación con la de Osma, establecidos en el concilio de Husillos; declara que pertenecen a su obispo la villa de Henar, la granja de Rabanera y el monasterio de Santa Eufemia de Cozuelos, así como el de Berlangas, y confirma todas las donaciones hechas a la catedral. — Roma, noviembre 3 de 1109.

(Vol. 48, fol. 3, orig., perg.; vol. 71, n° 55; «E. S.», t. XXVI, p. 467.)

Pascalis episcopus, servus servorum Dei. — Dilecto fratri Garsiae Burgensi episcopo eiusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Non incertum est Hispaniarum ecclesias partim sarracenorum, partim diversorum regum incursibus ita esse turbatas, ut quedam omnino dirute, quedam depopulate, alterarum dioceses sint ab utrisque usurpate. Hec nimirum causa fuit cur inter Burgensem et Oximensem ecclesias diutina pro parrochiis controversia fuerit. Quam profecto controversiam sanctę memorie predecessor noster Urbanus in presentia sua presentibus et consentientibus utrisque partibus, Bernardo videlicet Toletano archiepiscopo, ad quem Oximensis ecclesia metropolitano iure pertinet, Gomizonis in primo Burgensis episcopi, tua sequenti tempore assistente persona sepe discutiens, scriptorum suorum deliberatione finivit, ita supradictarum ecclesiarum terminos imperpetuum manere sancimus, sicut Gomizonis predecessoris tui tempore in episcoporum concilio, Alfonso egregio rege cum sui regni principibus conlaudante apud monasterium de Fusellis compererat esse distinctos; ut videlicet a fine Canatanazore et de Murello et Arganza et a castro quod dicitur Mesella et a castro quod dicitur Spega, et a villis que dicuntur Congosto et Buezo, et sicut aqua ipsa currit et labitur in Arandam aquam et discurrit per Cluniam usque ad Pennam de Aranda donec labitur in fluvium Do-

rium, et omnes ville ex septentrionali parte fluminis Arande in quibus currit saio de Clunia, id est, ad dominatum Clunie pertinentes; necnon trans fluvium Dorium Castrum Madrolum et Bozikellas et usque ad civitatem Septipublicam, et quicquid ultra continetur cedat in diocesim Oxomensis ecclesie. Illa vero que citra sunt a terminis prenotatis versus septemtrionalem plagam Burgensis ecclesia que Aucensis ecclesie vicaria est perpetuo iure possideat.

Nos quoque eiusdem predecessoris nostri vestigiis insistentes, eius sanctionem de Burgensi parrochia decreti presentis auctoritate prosequimur. Ceteros parrochie vestre fines, sicut ante id temporis sub predecessoribus Munionis, sub Munione, ipso Simeone ac Gomizone episcopis manserant, inconcussos manere decernimus; ad hec adicientes statuimus ut villa Funicularis, cella Sancte Marie de Ravenaria, Monasterium Sancte Eufemie de Cuzolo cum villis et obedientiis ac ceteris pertinentiis suis, que Aucensi seu Burgensi ecclesie in proprietatem sunt preceptis regalibus attribuite, et si que alie possessiones in alienis parrochiis per catholicorum principum testamenta Burgensi ecclesie collate sunt, semper in tua karissime frater Garsia et tuorum successorum dispositione iure proprio ac possessione permanent, salvo diocesanorum episcoporum, si quod habere consueverant iure parrochiali. Item, Valeranicense monasterium, quod in Burgensi diocesi fundatum dinoscitur, cum omnibus pertinentiis suis iure proprio vestre ecclesie tibi que ac tuis successoribus confirmamus. Quod et de universis ecclesie eiusdem villis et obedientiis censemus.

Quicquid etiam in futurum eadem Burgensis ecclesia iuste et canonice, sive liberalitate principum seu oblatione fidelium, poterit adipisci, perpetuo possidenda presentis decreti assertionem precipimus.

Sane si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, iudex aut ecclesiastica quelibet secularisve persona hanc nostram constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui

dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesię iusta servantibus sit pax Domini Nostro Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt, amen.

Rueda: Verbo Domini celi firmati sunt. S. Petrus. — S. Paulus. — Paschalis PP. II. — BENEVALETE. — Ego Paschalis, catholice ecclesię episcopus, ss. (*Autógrafa.*) — Scriptum per manum Rainerii, scrinarii regionarii et notarii Sacri Palatii. — Datum Laterani per manum Johannis sancte Romane ecclesie diaconi ac bibliothecarii, III^o nonas novembris, indictione III^a, Incarnationis Dominice anno M^o C^o IX^o, pontificatus autem domni Paschalis II Pape anno XI ¹.

71.

Pascual II ordena al obispo de Osma devuelva al de Burgos los pueblos de su diócesis que le ha invadido y las rentas cobradas de ellos, dándole como plazo la fiesta de San Juan Bautista de junio; ordénale también se presente en la corte pontificia para el 1^o de septiembre a dar cuenta de su conducta en este y otros asuntos. — Roma, marzo 18 de 1110.

(Vol. 71, n^o 61.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei. Dilecto fratri Oximensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri G. Burgensis episcopi super te que-

¹ En el original falta la fecha por haberse amputado la parte inferior del mismo; la tomamos del vol. 71, n^o 54 b, que es el mismo texto con algunas diferencias de estilo.

relas accepimus, quod ab eo excommunicatos recipias et ab-
solvas; quod ab eo repulsos suis culpis clericos ad sacros or-
dines provehas; quod fines Burgensis parrochie violenter
invaseris, quos nimirum fines ecclesie Romane sollicitudo
per utriusque partis discussionem ac presentem audientiam
terminavit atque distinxit et privilegiis confirmavit. Quod-
que etiam villas in terminis predecessoris nostri privilegiis
vel nostris distinctis, et infra eosdem terminos constitutas
violenter obtineas, videlicet, Maderolum, Buçichellas, Tor de
Galindo, Açam, Barlangas et ceteras. Apostolica ergo aucto-
ritate precipimus ut ab iniuriis huiusmodi desinens, supra-
dicto fratri decimas et omnia a te violenter invasa et usurpa-
ta, villasque supradictas usque al S. Johannis festum ad in-
tegrum restituas, et eidem fratri de tantis presumptionibus
tanquam speciali Romane ecclesie satisfatias, et usque ad
kalendas proximi septembris ad nostram presentiam venias
super his et ceteris canonice responsurus. Alioquin ab epis-
copali offitio te noveris Apostolice sedis sententia interdic-
tum. Datum Laterani XV kalendas aprilis.

72.

*La reina Urraca da a Pedro Juliáñez de Burgos el
molino de Vega y una tierra en el molino Regulado, ribe-
ra del río Arlanzón. — Octubre 15 de 1110.*

(Vol. 70, nº 103; SOTA, «Principes», p. 536.)

In Dei nomine. — Ego Urracha, Domini providentia to-
cius Yspanie regina, Petro Julianiz in Domino nostro Jhesu
Christo eternam salutem, amen. Placuit michi iam sepefacta
regina ut tibi Petro Julianiz de Burgos facerem kartulam
donationis, sicuti et facio, de illo solare de illo molino de
Vega et illa terra de illo molino Regulado; et est ipso solare
et illa terra in Burgos, in rivulo de Arlançane, circa calice
de illo molino Regulado; do tibi ipsum molinum et ipsam

terram ut habeas iure hereditario, possideas tam tu quam posteris tuis in omnibus diebus vite vestre ut habeatis licentiam faciendi ex hoc regali dono totam voluntatem vestram. Quod si aliquis adversus hoc legitimum donum meum ad irrumpendum consurrexerit, excommunicationis iaculo condemnatur cum Datan et Abiron, cum diabolo et eius ministris in inferno inferiori sine misericordia religetur, et hoc meum factum in cunctis plenum obtineat firmitatis robor.

Facta cartula donationis noto die idus octobris era M^a C^a XL^a VIII^a. Ego Urracha regina hanc cartam donationis tota mentis intentione confirmo. URRACA. — Garcia Burgensis episcopus, cf., cum omnibus canonicis. Petrus Ansuriz Carrionensium comes, cf. Petrus Gonzalvez de Lara, cf. Froila Didaci, comes Astoricensium, cf. Gumez Gunzalviz, Castellanorum comes, cf. Rudericus Muniz, Asturicensium comes, cf. Gutierre Fernandiz, villicus curie, cf. Ferrando Garciez de Fita, cf., qui prefuit. Petrus, ts. Dominicus, ts. Citi, ts. Ferrandus Petri, notarius regine, cf. † — Johannes Roderici, clericus supradicte regine et notarius scripsit.

73.

Pascual II reprende al arzobispo de Toledo ciertos desafueros con que ha agraviado al obispo de Burgos, y le ordena impida que el obispo de Osma invada los términos de la diócesis de Burgos. — Roma, diciembre 24 de 1110.

(Vol. 71, n^o 58.)

Paschasius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri B. Toletano Primati salutem et apostolicam benedictionem. — Felicis memorie predecessor noster Urbanus Papa et nos ipsi personam tuam et amplius dileximus et propensius honoravimus. Tu vero ecclesie Romane meritis non eque res-

pondens, locum unum et personam unam quam sub tutela sua in latitudine partium vestrarum fovere decrevit, quietam manere non pateris. Burgensem enim ecclesiam et eius episcopum iam diu iniuriis multis affigis, et sepe rogatus, sepe commonitus desinere non adquiescis. Super hæc, ipsum quem iudicio vestro subtraxeram, in regine curia ab ofitio suspendere et excommunicare presumpsisti; quam tuę caritatis ultionem nos irritam ducentes, precipimus ne quid te ulterius contra ipsum vel eius ecclesiam intromittas; Oximensem vero episcopum omnino a Burgensis parrochie invasione et infestatione cohibeas. Datum Laterani VIII kalendas januarii ¹.

74.

Pelayo Pérez vende a Gonzálo un solar en el barrio de San Esteban de Burgos. — Febrero 1 de 1113.

(Vol. 70, n° 15.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Pelagio Petríz placuit michi expontanea mea voluntate in facie de meos hermanos et de meis heredes ut sic vendo solarem unum tibi Gundissalvo in barrio Sancti Stephani, precium quantum nobis placuit, id est, centum solidos; ipsum solare habet allataneis de una pars Petrus Dominici, et de alia pars ipso don Pelagio, et de terciã pars carrera que excurret; ipso solare cum suo exito habeas, teneas iure quieto tibi Gunsalvo ut qui tua voluntate fuerit. Et si aliquis vel yermanis vel filiis vel neptis aut extraneis voce levaverit super illum solare, quomodo pariet a parte rex CC. solidos, et ipso solare simili in tali loco.

Facta carta era M^a C^a quinquagesima I^a, notum die do-

¹ Aunque adoptamos la fecha de 1110, pudiera ser también la de 1109, en que también se hallaba el papa en Roma.

minico kalendas februarias ¹. Coram testes: Dominico Adamit, ts. Domnus Christoforus hic, ts. Garsia Salvatorit hic, ts. Dominico Vermuit hic, ts. Sebastianus, titulavit.

75.

Jimena, mujer de Rodrigo Díaz, vende por quinientos sueldos de plata el monasterio de San Pelayo de Valdecañas, siendo los compradores Cristóbal y Pedro. — Agosto 29 de 1113.

(Vol. 71, n° 187; SOTA, «Principes», pp. 545 y 659; MENÉNDEZ PIDAL, «La España del Cid», t. II, p. 884.)

Sub nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii ac Spiritus Sancti, amen. — Ego enim Semen, uxor Ruderici Didaz, propria ac voluntate spontanea placuit michi vendere vobis domno Christofo² et domno Petro illam meam hereditatem de Valle de Cannas. Est enim hereditas illa quoddam videlicet monasterium hedificatum in honore Sancti Pelagii martiris ³, cum casis et solaribus, cum terris et vineis ac molendinis et pratis atque cum omnibus ad eum pertinentibus, in precio scilicet quingentorum solidorum de plata. Et de hoc autem precio nichil apud vos domnum Christofo²rum et domnum Petrum pro dare remansit. Licen-

¹ Acaso sea la verdadera fecha el año 1114, en que era domingo el 1° de febrero.

² Don Cristóbal era canónigo de Burgos, como consta en el documento de 8 de mayo de 1116; D. Pedro, que le sigue, no puede identificarse con el abad de Cardena, pues se le hubiera dado el título de tal; probablemente era canónigo de Burgos, como el otro comprador, y después, obispo de la ciudad, con apellido de Domínguez.

³ Había Valdecañas de Suso y Valdecañas de Yuso; en nuestros días no existe sino un Valdecañas, sin apelativo, sita cerca de Baltanás, pero en la diócesis de Burgos.

tiam quippe deinceps dandi atque vendendi cuicumque volueritis, habeatis et voluntatem vestram omnibus modis inde faciatis. Ac pro ipsa hereditate nullo iuveni homini servitium aliquod faciatis, nec omnis vestra successio, sed omni tempore permaneat vobis libera et inconcussa ab omni servili actu. Si quis itaque meorum aut extraneorum, parentum vel quelibet ecclesiastica secularisve persona, hoc meum scriptum confringere voluerit, aut vocem causa auferendi in iudicio sublevaverit, quod fieri nullo modo credo, a sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Jhesu Christi et a cetu omnium christianorum atque a liminibus sanctę Dei ecclesie alienus fiat, et cum Juda Domini proditore in inferno inferiori sine fine penas luat, ac pro temporali damno X libras auri persolvat, et ipsam hereditatem in consimili loco duplatam tribuat.

Facta carta era M^a C^a L^a I^a, noto die IV^{to} kalendas septembris, regnante regina Urraca in Toletto, in Legione et in omni Castella. Et ego Semena ¹, quę hanc cartam fieri mandavi, testes ad roborandum dedi. Garsias Burgensis ecclesie episcopus, una cum eiusdem sedis clero hic, ts. Petrus, abbas Sancti Petri Caradigne, una cum eius congregatione hic, ts. Comes Rudericus hic, ts. Comes Petrus hic, ts. Fredinandus Garciez et frater eius hii, ts. Petrus Lopez hic, ts. Didacus Fanneę hic, ts. Nunnus Fanneę hic, ts. Nunnus Gonsalveę hic, ts. Pelagius Gonsalveę hic, ts. Sebastianus Gonsalveę hic, ts. Martinus Gonsalveę, ts. Munio Gustioę, ts. Fredinandus Domingeę, ts. Garsia Gonsalveę hic, ts. Petrus Cidez hic, ts. Petrus Sameę hic, ts. Julianus Gonsalveę hic, ts. Godina Flaineę hic, ts. Toto concilio de Valle de Cannas hic, ts. Dominicus Michaelis hic, ts. Petrus Juliani hic, ts. Martinus Salvadoreę hic, ts. Stephanus Sangeę hic, ts. Johannes Sancti Sepulcri hic, ts. Roger Annel hic, ts. Maingo hic, ts. Toto concilio de Burgos hic, ts.

¹ Es difícil probar que esta señora no sea la esposa del Cid Campeador: todos los detalles de esta donación abogan por la identidad.

76.

Pascual II manda a los habitantes de Burgos que tienen a la catedral por parroquia propia, elijan sepultura en su cementerio y satisfagan todos los derechos parroquiales. — Mayo 13 de 1115.

(Vol. 71, n° 60.)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, civibus civitatem Burgensem incolentibus salutem et apostolicam benedictionem. — Preceptum Dei unum est: honora patrem tuum et matrem tuam. Quod si de carnalibus parentibus observandum est, multo magis de matre ecclesia probis est filiis providendum. De vobis autem Burgensis ecclesie matris vestre querelam accepimus quod ei novas ecclesias preferendo, tam in rebus quam in personis vestris iniuriam inferatis. Cum enim viventes ecclesiasticorum misteriorum pastum ab eius suscipiatis uberibus, morientes et personas vestras et res vestras alio transeundo subtrahitis. Quod si vos iniuste agere non sentitis, saltem Apostoli verba percipite dicentis: communicet autem his qui cathezizatur verbo ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Et iterum: si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus. Precipimus ergo ne ulterius eidem matri vestre ecclesie hanc iniuriam inferatis sed ubi dominica misteria viventes summitis, ibi etiam vestra corpora tumuletis. Unus enim Deus qui in omni loco dominationis sue a fidei populo benedicitur. Datum III° idus mai¹.

¹ Asignamos a esta bula el año 1115, porque supone vacante la sede de Burgos, hecho que no ocurrió durante el pontificado de Pascual II, sino en el año susodicho.

77.

La condesa Eilo, esposa de Oveco Sánchez, elige sepultura en la catedral de Burgos y le cede su propiedad en Frandovínez y en Revilla del Campo. — Mayo 8 de 1116.

(Vol. 71, n° 188.)

Sub nomine Sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego domna Eylo ¹, gratia Dei comitissa et uxor videlicet comitis domni Ovidii Sangeę, fatio hanc testamenti regulam ad honorem Sanctę Marie virginis, sub cuius honore episcopalis sedes Burgis extat fundata. Igitur ego prefata comitissa domna Eylo, nullo homine cogente, neque aliqua persona suggerente, sed et peccatorum meorum remissione et omnium parentum meorum, dono et concedo atque offero omnipotenti Deo et beate ecclesie Marie Burgensis ac vobis fratribus meis et canonicis eiusdem ecclesie, domno Sancio priori et domno Guillelm et domno Christiano ac domno Martino Sancti Johannis, in quorum adsto presentia, corpus et animam meam cum omni hereditate mea et honore quem habeo in Villa Fernandi Bidaz ², sernas scilicet et agros et vineas, palatium proprium cum sua divisa, et VIII solares cum suis prestamis, cum terris scilicet et vineis, ortis et linaribus atque cum exitibus et regressibus et pascuis et defesis in pelagis, in montibus et arbustis per universa loca illa que ad me pertinere videntur. Sub tali etiam conditione et confirmatione dono et concedo atque offero huic supradicte episcopali sedi et vobis su

¹ Es doña Eilo Álvarez, hija de una familia burgalesa, acaso de Alvar Díaz y Teresa Ordóñez; consta su apellido por una donación que ella y su esposo hacen a Sahagún en 1104 (*Indice.....*, p. 340) y fueron sus hijos Sancho y Urraca Ovéquez. El conde Oveco Sánchez vivía aún en 1115.

² Frandovínez, al SOE. de Burgos.

pranominatis fratribus et canonicis totam illam meam hereditatem quam habeo in Ripiella de Campo cum omnibus suis adiacentiis et directis. Hec quippe omnia suprascripta offero Deo et beate Marie semper virginis cum anima mea et corpore post obitum, perpetuo ibi possidenda confirmo. Sane si quis parentum meorum, etc.

Facta huius collati muneris regula VIII^o idus may era M^a C^a L^a III^a, regnante eo tempore Adefonso aragonensium rege in regno suo, in Nazara atque Burgis; regina vero Urraca in Legione atque Gallecia, et infans eius filius apud Toletum et Extrematuram ¹. Ego itaque cometissa domna Eylo, que hanc regulam mee hereditatis fieri precepi, manibus propriis roboravi et coram eiusdem ecclesie senioribus seu canonicis priore domno Sancio et domno Guillelmo et domno Christiano ac domno Martino Sancti Johannis firmavi ac pro testimonio huius rei corpus meum ad sepeliendum ipsi ecclesie trado et hoc signum † in fine depingo (*una palabra en griego dentro del signo*).

78.

La reina Urraca da a Pedro Juliáñez y su mujer María el pueblo de Revilla, sito entre el Arlanzón y la villa de Cortes, alfoz de Burgos. — Febrero 15 de 1117.

(Vol. 71, n^o 149.)

Ego Urraca, gratia Dei regina Yspanie, vobis Petro Juliāniz et uxori vestre domina Maria fatio cartam de Ribíella cum montes et fontes, et pratis et pascuis et molinis et exitus et regressus et cum vineis et terris et, cum quanto ad eam pertinet totum do vobis. Et iacet ipsa villa in riba de

¹ Como en 1116 aún no se había apoderado Alfonso VII de Toledo ni de tierra de Soria, puede asegurarse que la presente escritura corresponde a 1118.

Aslanço et ex alia parte Cortes, et do vobis eam tali conventionem ut ab hac die habeatis eam pro hereditate et faciatis ex ea quod vestra extiterit voluntas donandi, vendendi vos et filii vestri. Quod si vero aliquis homo contra hoc meum factum venerit, et hanc cartam infringere voluerit, quisquis sit sit excommunicatus et cum Juda Domini traditore dimersus et habeat partem cum diabolo et angelis eius, et pariat tibi vel voci tuę auri libras X et quantum calumpniaverit duplet, et hoc meum donum maneat firmum.

Era M^a C^a L^a V^a et die XV kalendas marcii, Regnante ego Urracha, hanc cartam quam fieri iussi manu propria confirmo. Petrus Gonzalviç comes, cf. Pascalis, Burgensis episcopus, cf. Petrus Velasquiç, cf. Garcia Roderiquiç, cf. Antolin Martineç, cf. Dominicus Michaeliç, cf. Guillelmus Burel, cf. Dolzon, cf. Ensemen Lopiç, cf. Cidi, testis. Vili-di, ts. Fernandus Petriç, notarius regine, quod scripsit. †

79.

La reina Urraca, a ruegos de su maestro Domingo Falconiz, sacristán de Burgos, otorga a la catedral el monasterio de San Facundo de Eguña, y dota el alumbrado de la misma con los diezmos del mercado, la Llana y baños de la ciudad. — Año de 1120.

(Vol. 34, fol. 1, orig., letra visigoda; vol. 71, n^o 150; «Cart. de El Moral», p. 12.)

† XPS. — Quoniam peccaminum gravitatem quam in nobis antiqui hostis suggestionem cotidie augemus, per iuste elemosine largitatem, divina adiuvente gratia deponere possumus, oportet ut frequentis elemosine rationabilis obsequio vacare curemus. Ego igitur Urraca, Dei gratia Yspanie regina, regis Adefonsi regineque Constantie filia, grato animo et devota voluntate, ob amorem omnipotentis Dei Domini nostri Jhesu Christi et eius genitricis ac perpetue virginis

Marie, in cuius honore Burgensis sedes constructa habetur, dono et concedo monasterium Sancti Facundi, quod est situm in Val de Egunia, eiusdem sedis ecclesie ipsiusque loci rectori Semeno et canonicorum conventui eorumque successoribus in perpetuum. Dono autem illud ab integro cum suis decaniis. obedienciis et omnibus que ad prefatum monasterium pertinent ubicumque sint.

Similiter offero et dono decimam partem de cunctis redditibus mercati et plane et balneorum Burgensium sacristanie predictae ecclesie ad ornamentum et obsequium et illuminationem altaris beate Marie, ut eius sanctis precibus ille, qui fons est misericordie, meorum peccatorum maculas misericorditer abluat, et animabus parentum meorum eterne beatitudinis gloria frui concedat. Si quis vero vir aut si qua femina de genere meo aut de alio aliquo hoc scriptum violare temptaverit, sit excommunicatus et a liminibus sancte matris ecclesie separatus, et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbit, et cum Iuda traditore in inferno inferiori sive fine cruciatus; et insuper exsolvat tibi et Burgensis sedis voci M. libras auri purissimi, et hæc carta maneat stabilis omni tempore.

Facta carta die noto era M^a C^a LVIII. Ego Urraca prefata regina hoc scriptum fieri mandavi et propria manu roboravi in conspectu multorum et magistri mei Dominici Falconiz ¹, per cuius manu hoc donum Deo et ecclesie beate Marie obtuli. Bernardus Toletane ecclesie archiepiscopus et Sancte Romane sancte ecclesie legatus, cf. Didacus Legionensis episcopus, cf. Pelagius Ovetensis presul, cf. Suarius comes, cf. Petrus Lopez, cf. Semeno Lopez, cf.

¹ El 20 de agosto de este mismo año dió la reina Urraca a Cluny la iglesia de San Nicolás de Villafranca, *alio nomine Burvia nuncupata*, y en su escritura confirman Guillermo, duque de Aquitania; Fernando García y Domingo «Falconis», canónigo y sacristán de la catedral de Burgos (*Cart. de Cluny*, t. V, p. 302).

80.

Diego Pérez elige sepultura en la catedral de Burgos y le da una posesión rústica en Las Quintanillas, con opción para su hermana y cuñado de rescatarla, dando a la catedral cien sueldos. — Año 1120.

(Vol. 71, nº 190.)

In nomine summi Dei. — Ego Didaco Petrez pro remissione omnium peccatorum meorum offero Deo et sanctę Marie Burgensis ecclesie una cum corpore meo unum ortale cum sua defesa et suis arboribus, quod fuit de meo avolo in illas Quintanellas, et unam terram in valle. Alletanei huius terre sunt domnus Gomizo de Castrillo et domnus Michael Bellidez. De vineis autem quę fuerunt avi et patris mei dono unam ex melioribus. Hoc autem fatio sub tali pacto quod si cognatus meus et soror mea dederint canonicis ecclesie pro hac hereditate C. solidos recipiant hanc hereditatem et faciant de ea quod voluerint; quod nisi dederint remaneat in iure et potestate canonicorum ecclesie in perpetuum. Si quis itaque ex parentibus meis vel extraneis hanc meam donationem disrumpere vel contradicere voluerit, iram Dei primitus incurrat, deinde cum Juda proditore Domini sit illi sors in inferno inferiori. Facta carta era M^a C^a L^a VIII^a.

81.

La condesa Enderquina y su esposo el conde Suero dan a la sacristía de la catedral de Burgos, en la persona de Domingo Falconiz, su propiedad en Tajadura, y la de su hermano Rodrigo Gutiérrez, así como cuanto poseen en Burgos, recibido de la reina Urraca y que antes había pertenecido a Mengoti. — Marzo 4 de 1121.

(Vol. 35, fol. 745, orig., letra visigoda; vol. 71, n.º 191; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 13; SOTA, ob. cit., p. 661.)

XPS. — Ob honorem sancte et individue Trinitatis, Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, qui Deus extat ante secula, cuius maiestas nec incipit nec desinit esse, cuius verbo cuncta creata sunt, cuius regnum permanet sine fine in secula seculorum. — Ego humilis Christi ancilla Enderquina¹, uxor comitis domni Suarii, ad honorem sanctę Dei ge-

¹ Su apellido era Gutiérrez, como hija del noble Gutierre Ruiz (*Cart. de Cardeña*, p. 96); hermanos suyos fueron Rodrigo Gutiérrez, bienhechor de Oña y doña Fronilde. Su familia estaba heredada en Bureba y Asturias de Santillana (*Cart. de Santillana*, p. 13; ALARCÓN, ob. cit., escrits. nos 33 y 34). El conde Suero Bermúdez, su esposo, era sobrino de la condesa de Carrión, doña Teresa, y nieto por línea materna de la infanta Cristina, hija de Bermudo II (*Crónica de D. Pelayo*, p. 63, edic. 1924). Entre otros cargos tuvo el de gobernador de Luna en las montañas de León (*Cart. de Monasterio*, p. 51). El 7 de marzo de 1122 él y su esposa Enderquina cedieron a Cluny el monasterio de Cornellana, en Asturias, y las posesiones que tenían en Asturias, León, Galicia, Monzón, Toro y tierra de Campos, reservándose el usufructo por su vida e imponiendo a Cornellana la obligación de sostener a Urraca Bermúdez, hermana del conde, con tres sirvientes. Muchos de estos bienes los habían recibido de la reina Urraca. Esta donación no había sido hecha efectiva por el conde en 1130, pues en el concilio de Carrión dispuso el legado pontificio que se llevase a efecto, contra la voluntad de Alfonso VII y del mismo conde, y que se implorasen cartas del papa urgiendo la entrega

nitricis et virginis Marię, cuius pontificalis ecclesia Burgis fulget, quam omnes nobiles Cantabri velut propriam matrem digno ut debent honore sollempniter frequentare student, et nostri generis sanguis fere maior pars exornat, pro illius reverentia dignitate et auxilii levamine, et pro peccatorum mei et parentum meorum remissione huic sacrosancto altari sanctę supradicte ecclesię semper virginis Marię et vobis patri et eiusdem loci sacristę nomine Dominico Falconię offero in villa quam vocitant Taliatura ¹ omnem meam porcionem ab integro modo in vita mea, et post obitum meum porcionem fratris mei Ruderici Guterrię, ita tamen ut eius habitatores michi obsequium et reverentiam dum vixero semper impendant. Est ipsa villa in ripa fluminis Ulveris; do ibi vobis casas, solares, piscarias, molinarias et aqueductus earum, prata, pascua, palludes, hortos et areas, terras cultas vel incultas, arbores fructuosas et infructuosas, montes, fontes, exitus et regressus, vineas et vinearum loca et quantum ad utilitatem hominis pertinet in ipsa villa Taliatura et meum est vel esse debet, totum vobis concedo ut vobis supradicto Dominico Falconię sacristę dum vixeritis et successoribus vestri thesauri, quibus post vos vestrum quod tenetis iniungatur officium, sit in cibo et vestimento et in lumine et ornamento altaris ecclesię vestre, et michi peccatrici ante tribunal eterni iudicis fiat manipulus iusticię ut in die tremendi iudicii merear cum iustis audire sanctam Domini vocem: venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.

Adicimus etiam ego et vir meus comes domnus Suarius vobis prefato patri et altari vestro secundum supradictam constitutionem, ut post mortem nostram quantum de Mengoti hereditate nobis illa regina domna Urraca ibidem in Burgis concessit, tam in domibus et tentoriis intus villam

inmediata (*Cart. de Cluny*, t. V, pp. 318 y 363). Parece que doña Enderquina murió hacia 1126: fué sepultada en Cornellana (SANDOVAL, *Reyes*, t. II, p. 65).

¹ Tajadura, cerca de Tardajos; no existe ya, pero estaba cerca de a Santa María de Tajadura.

quam in terris et vineis extra villam, hoc totum vobis concedimus ut sit vobis in auxilium vivendi; et nobis in remissione peccatorum nostrorum, ut et vos temporale subsidium et nos mereamur inde adipisci cęleste premium, amen.

Si quis vero contra hanc institutionis scripturam venire temptaverit, tam generis nostri propinquus vel affinis quam ętiam extraneus, tam regia potestas quam populorum universitas, et hęc munera exigua quę nos placide ac benigne Deo obtulimus auferre violenter vel fraudulenter conatus fuerit, sciat se in presenti seculo a Christi communione privatum, et a liminibus sanctę matris ęcclesię segregatum, et non videbit quę bona sunt in Jherusalem nec pacem in Israel neque adscribetur cum iustis in libro vitę sed eterna ultione dampnabitur cum Datan et Abiron, quos terra vivos obsorbuit, et cum Juda Domini traditore habebit participationem in ęterna dampnatione; et insuper hęc nostrę constitutionis scriptura firma permaneat in secula seculorum.

Facta series testamenti IIII^{to} nonas marci era M^a C^a L^a VIII^a anno ab incarnatione Domini M^o C^o XX, inditione XIII, regina domna Urraca regnante in Legione. Aditio ętiam in hac scriptura illam divisam fratris mei Munionis Roderiquiz ut cum ista mea secundum supradictum modum vobis serviat. Ego Henderquina et comitissa, una cum viro meo comite domno Suario, vobis Dominico Falconiz et successoribus vestris suprascriptis hanc scripturam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus, tradimus et confirmamus. — 1^a col. Didacus Legionensis ęps., cf. Pelagius Astoricensis ęps., cf. Petrus Palentinus ęps., cf. Ugo Archidiaconus Legionensis, cf. Petrus Archidiaconus, cf. Martinus Petriz et presbiter, cf. — 2^a col. De palatio regine et de militibus curię: Rudericus Vermudez, cf. Xemenus Lupiz, maiordomus curię, cf. Rudericus Martiniz, filius comitis, cf. Tel Fernandiz, cf. — 3^a col. Ranemirus, filius comitis Froile, cf. Comes supradictus Suarius, cf. Comes Petrus Gonzalviz, cf. Frater eius Rudericus Gonzalviz, cf. Petro Lopiz et frater eius Lop Lopez, cf. — 4^a col. Qui presentes fuerunt: Petrus, ts. Martinus, ts. Citi, ts. Johannes, ts. Pelagius, ts. Ordonius Arias rotuit. *Signo*: † Ordonius.

82.

Calixto II encomienda a los obispos de Palencia, Oviedo, León y Salamanca el examen de la elección, vida y costumbres del nuevo obispo de Burgos, y encontrándole digno del cargo, le consagren en nombre de la Santa Sede. — Roma, marzo 8 de 1121.

(Vol. 70, nº 62.)

Paschalis ¹ episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus P. Palentino, Ovetensi, Legionensi et Salamanticensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. — Noticiam vestram latere non credimus quod ecclesia Burgensis ad Romanam cuius iuris est specialiter spectet ecclesiam. Unde ipsius electus a Romano debet pontifice consecrari. Ceterum, quia peccatis exigentibus, iter periculis plenum est, eiusdem electus Simeon nostram non potest adire presentiam. Quamobrem fraternitati vestre iniungimus ut in unum convenientes, eius electionem, personam et mores diligentius inquiratis, et si eum secundum sanctorum instituta canonum idoneum inveneritis, consecrationis manum vice nostra Sancto cooperante Spiritu, imponatis. Datum Laterani VIII idus marcii.

¹ Error de copista: Pascual II murió el 21 de enero de 1118; desde esta fecha hasta diciembre de 1120 ningún papa residió en Roma; la presente bula corresponde a 1121, 1122 ó 1123.

83.

Doña Apalla constituyete heredero suyo al presbitero Sancho, a quien adopta por hijo, y ambos ceden a la catedral, donde han de recibir sepultura, sus posesiones en varios pueblos del distrito de Villadiego. — Años 1121-1124.

(Vol. 71, nº 192.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis. — Ego domna Appalla nullo cogentis imperio nec suadentis ingenio sed propria ac spontanea voluntate complacuit michi ut Santium presbiterum michi adoptarem in filium et in tota mea hereditate heredem illum perficerem, eo videlicet pacto ut in diebus vitę mee cuncta quę mea sunt, sive in hereditatibus sive in mobilibus rebus, ipse simul mecum disponat et regat; post mortem vero meam quamdiu ipse vixerit cuncta mea possideat et heres mee hereditatis in diebus vitę suę permaneat. Si autem ego amplius vixero, cuncta mea hereditas sive mobilitas michi pertineat.

Itaque ambo communi consilio et communi decreto, scilicet, ego domna Appalla et ego Sancius presbiter, decrevimus offerre animas nostras simul et corpora Sanctę Marie perpetue virgini et Sancto Jacob et Sancto Nicholao, eo scilicet in loco ubi in honore ipsorum infra Burgis civitatem ecclesia extat condita, quę sedes episcopalis et mater ecclesiarum Castelle habetur et creditur; simulque offerimus supradictam hereditatem quam ego domna Appalla a parentibus possedi et quam simul cum Sancio presbitero comparare potui in Trevinio, scilicet, in suburbio de Villa Didaco, in villa quę dicitur Ulmos¹, monasterium Sanctę Marie cum terris, vineis, pratis, pascuis, molendinis, ortis, paludibus et cum tribus divisis, una scilicet patris mei et duabus fratrum meorum, cum introitus et exitus et regressus, et uno solare

¹ Olmos de la Picaza.

in eadem villa. Et in Villa-us¹ una divisa cum suo solare, et in altero solare rationem quam ego domna Appalla accipere debeo inter fratres meos, et terras et vineas et queque ibi a parentibus iure hereditario suscepi. Et in Samanceles² una divisa quam habeo a parentibus meis. Et in Talamiello³ una divisa et meam partem cum meis fratribus in uno solare, et meam hereditatem quam a parentibus possedi in terris et pratis, in montibus et in molendinis. Et in rivo de Uzron, in villa que dicitur Valneolos⁴, mea divisa et quintam partem in uno solare et quintam partem in tres pomares, et meam hereditatem in terris, in vineis et in montibus et molendinis, in exitus et regressus. Et in Formizado⁵ meam divisam et meam hereditatem et queque ibi a parentibus possedi. Et in Campo de Munio, in villa que dicitur Sancta Maria de Campo, una divisa et meam hereditatem et queque ibi a parentibus cum fratribus michi relicta sunt. Hec autem omnia que supradicta sunt Deo et Sancte Marie offerimus, et post obitum nostrum perpetuo possidenda confirmamus⁶.

¹ Villante, al N. de Villadiego, o bien Villusto, en los Ordejones.

² Manciles, cerca de Olmos.

³ Talamillo, en los Ordejones.

⁴ Bañuelos del Rudrón (*Rivo Uzron*), en el distrito de Sedano.

⁵ Hormicedo, en los Ordejones.

⁶ Falta lo restante de la escritura; por el orden que lleva en el vol. 71 corresponde su fecha a 1121-1124.

84.

Sancha Díaz ofrece al obispo de Burgos cuanto le pertenece en el monasterio de San Cristóbal de Ibeas. — Febrero 19 de 1124.

(Vol. 33, n° 100, orig., letra visigoda; vol. 71, n° 194.)

Sub nomine trino et simplo divino. — Ego Sancia Dizaci, nullo imperio coacta set propria voluntate do et concedo Deo et Sancte Marie Burgis, et tibi domino meo Simeoni episcopo Sanctum Christoforum de Evea, supra ripam Aslanzonis, quantum mihi pertinet, pro remedio anime mee et pro animabus omnium parentum meorum; confirmo et roboro cum omnibus suis obedientiis et divisis et cum omnibus hereditatibus, cum montibus et fontibus et pascuis. Si quis tamen parentum meorum vel extraneorum hoc scriptum dirumpere voluerit, prius habeat iram Dei et omnium sanctorum, et sit excommunicatus et anathematizatus, et a liminibus sancte ecclesie Dei sequaestratus, et cum Juda traditore in inferno inferiori dampnatus, et tale reddat monasterium duplicatum in tali loco, et ad partem regis C. libras auri persolvat. Facta carta notum diem lunis XI kalendas marcii¹, era M^a C^a LX^a II^a, regnante rege Adefonso in Castilla et in Legione et in Toletto et in Gallecia. Cid et Bellid, ts. Roig Gunsalveg, ts. Martinus Galindi, ts. Petrus Crispus, ts. Petrus Ferdinandi, ts.

¹ No era lunes, sino martes el XI kalendas de marzo; acaso corresponda esta escritura al año siguiente, en que ya había muerto la reina Urraca, explicándose de este modo la omisión que de ella hace el documento.

85.

Teresa Ordóñez ofrece a la catedral de Burgos la mitad del monasterio de San Cristóbal de Ibeas y todas sus dependencias, y bienes en varios pueblos de tierra de Muñó y Ubierna. — Julio 18 de 1124.

(Vol. 71, n.º 193.)

Sub Christi nomine. — Ego Tharasia Ordonniç ¹ offero Deo et Sanctę Marie Burgensis sedis medietatem monasterii Sancti Christofori quod est situm in villa quę dicitur Eveia, cum suis obedientiis et cum omni sua hereditate medietatem; et concedo in Gormezes ² una divisa quę fuit de Fernando Petreç cum omni mea hereditate, quę in predicta villa habeo. Et dono in Quintanilla de Peces-orios ³ meam portionem ab omni integritate. Et do in Sancta Maria de Fannovecoç ⁴ monasterium Sanctę Marie cum illa hereditate quę fuit de illo abbate domno Sonna, ita concedo in Villa nova divisas et hereditates quę michi pertinent. In Quintanilla (*sic*) de Munio Cisla ⁵ concedo meam hereditatem quam habeo in ea et ad me pertinet; et hoc fatio pro remedium anime mee et animarum parentum meorum. Si quis tamen parentum meorum, filii aut nepotes vel aliquis homo, etc.

Facta carta donationis vel roborationis die noto VI^a feria, XV kalendas augusti, era M^a C^a LXII^a, rege Adefonso regnante in Burgos et in Nazara. Ego Terasia, qui hanc cartam fieri iussi, legentem audiui et coram testibus roboravi.

¹ Véase *Cart. de El Moral*, p. IX.

² Huérmeces, en tierra de Ubierna.

³ Pecesorios es el río que baña a Quintanilla San García y desemboca en el Tirón; pero quizá hubiera en tierra de Muñó otro río de igual nombre, al cual se refiera éste.

⁴ Añuéguéz, entre Tordómar y Santa Cecilia, hoy despoblado

⁵ Pueblo desaparecido, sito entre Presencio y Villafuertes.

Pelagius Vellideç, cf. Domnus Felix, cf. Petrus Johannis, cf. Petrus Lamberti, cf. Domnus Orrica Laborda, cf. Martinus Johannis, cf. Petrus Salvadoreç, cf. Domnus Marinus, cf. Domnus Simeon, cf. Domnus Rinaldus, cf. Martinus Vellaç, ts. Petrus Michaeli, ts.

86.

García Rodríguez entrega a la catedral de Burgos, para satisfacer una deuda, la propiedad que le había dado la reina Urraca en tres pueblos de tierra de Bricia. — Abril 2 de 1127.

(Vol. 71, nº 194.)

In Dei nomine. — Ego Garsias Ruderici, tam pro salute anime mee quam pro solvendo debito unius muli et mille solidorum, quos debui dare domno Philippo quando accepi eum in Agosine, dono et concedo Burgensi ecclesie et vobis domno Simeoni eiusdem sedis episcopo illam meam hereditatem quam dedit michi regina domna Urracha pro bonitate sua et servicio meo, scilicet Quintanellam cum suis directis, Populationem cum suis directis, Villam Veçam¹ cum suis directis, excepto prato et mediam sernam ipsius prati. Si quis igitur meorum vel extraneorum, regum vel principum aut aliorum, hanc cartam donationis mee disrumpere voluerit, sit maledictus a Deo et omnibus sanctis eius atque alienus a corpore et sanguine Christi, et pro seculari dampno persolvat ad partem regis terre X libras auri, et hereditatem in tali loco restituat. Facta carta era M^a C^a LX^a V^a, noto die IIII^{to} nonas aprilis. Ego itaque Garsias Ruderici, qui hanc cartam fieri mandavi testibus ad roborandum dedi.

¹ Estos pueblos corresponden a Quintanilla, Población de Arriba y Bezana en tierra de Bricia.

87.

Alfonso VII da a Domingo de Valzalamio y Pedro Domínguez de Burgos la alberguería real de Burgos para que la rijan y posean durante su vida. — Abril 30 de 1127.

(Vol. 5, parte 1, nº 2, orig.; vol. 71, nº 151.)

† XPS. — Ego Adefonsus Raimundi, gratia Dei tocius Hispanie imperator, pro vestro bono et fidei servitio quod fecistis michi vos donnus Dominicus de Vazalamio et tu Petrus Dominquiz de Burgus facio vobis anobus cartam donationis de tota illa mea albergaria de Burgus, tali conventionione ut vos anbos sine toto alio domino preter me habeatis et possideatis illam in omnibus diebus vite vestre. Et dono vobis illam cum totis suis directis et cum toto suo honore quomodo fuit in tempore de meo avolo et quomodo est; et si unus ex vobis ante alium mortuus fuerit, alter de vobis habeat illam in omni vita sua. Et si aliquis homo istam cartam donationis fregerit vel frangere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus in eternum. Hoc meum donum maneat semper firmum et intemeratum.

Facta carta eodem die quando Deus castellum de Burgus regi Hispanie dedit, sub era M^a C^a LX^a V^a, et quatum II^o kalendas maii. Ego Adefonsus imperator hoc quod fieri mandavi, cf. (*Signo del emperador.*) — 1^a col. Comes Petrus, cf. Comes Rudericus, cf. Comes Bretandus, cf. — 2^a col. Garsia Garsiaz, signifer regis, cf. Pelagius Suariz, maiordomus regis, cf. Rudericus Gomez, cf. Gundisalvus Didaz, cf. — 3^a col. Xremenus Burgensis episcopus, cf. Arias cardinalis, capellanus regis, cf. Rubert de Furno, cf. Marin, cf. Dolzon, cf. Petrus Alquitiz, cf. Michael Petriz, cf. Johannes Dominiquiz, cf.

Fernandus Petriz, regis notarius, cf. † (*Signo.*) Johannes Fernandiz scribit, iussu domni Fernandi Petriz. † (*Signo.*) Petrus, ts. Didacus, ts. Martinus, ts.

88.

Armentario, abad de San Miguel de Tobes, se somete con su iglesia al obispo de Burgos, estableciendo que después de él sean abades de dicha iglesia tres parientes suyos, que nombra, y muertos éstos, el que designare el obispo de Burgos. — Octubre 8 de 1127.

(Vol. 34, fol. 345, orig., perg.; vol. 71, n° 195.)

† XPS. — Sub nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Armentarius, abbas videlicet monasterii Sancti Michaelis de Valle de Toves¹, propria ac spontanea mea voluntate el remissione etiam omnium peccatorum meorum seu parentum, qui iam ex hoc seculo transierunt sive transierint, offero me ipsum una cum illo meo monasterio Deo et Sancte Marie et votis domino meo Symeoni, eiusdem ecclesie episcopo, sub tali scilicet regula ut habeatis et possideatis illud in perpetuum cum cunctis hereditatibus suis quas ad eum pertinent, cum domibus videlicet et terris, vineis, molendinis, pratis, pascuis et cum exitibus et regressibus atque cum his omnibus que in iure suo sunt.

Concedo preterea atque precipio ut cum consensu et voluntate episcopi sedis eiusdem, finitis diebus vite mee, regant et teneant hoc monasterium meum mei consobrini, Johannes, scilicet, Saturnini et Petrus Johannis, quos elegi ego post obitum meum pro rectoribus et abbatibus in eodem monasterio. Quibus defunctis, presul ecclesie eligat in eo alios quos ipse voluerit.

Si quis igitur ecclesiastica vel secularis persona huius pagine scriptum disrumpere aut inquietare voluerit, alienus

¹ Tobes, en tierra de Ubierna, cuya iglesia parroquial está dedicada a San Miguel.

a sacratissimo corpore et sanguine Domini Nostri Jhesu Christi existat, atque ad partem Regis terre XX^a libras auri persolvat, et monasterium in simili tali loco restituat.

Facto huius scripti titulo era M^a C^a LXV^a, noto die VIII^o idus octobris, regnante puero rege Aldefonso in Legione et Toletto et in Gallecia atque Castella.

Ego itaque abbas Armentarius supra scripti monasterii, qui hanc cartam fieri precepi, testes ad roborandum et confirmandum dedi. — 1^a col. Comes Bertrandus hic, testis. Rudericus Gomiz hic, ts. Nunnus Ferdinandiz hic, testis. Didacus Gomiz hic, testis. — 2^a col. Omnis populus virorum ac mulierum de tota valle de Toves hii testes et confirmatores.

89.

Alfonso VII otorga al obispo de Burgos y su cabildo el diezmo de los derechos reales sobre tierras, viñas, baños, molinos, mercados, portazgo y multas de la ciudad de Burgos y su alfoz. — Julio 8 de 1128.

(Vol. 2, parte I, fol. 6, orig.; vol. 71, n^o 52.)

† XPS. — Regie maiestatis interesse etiam minus eruditis certum est ecclesias et sacra loca non solum ab iniuria tueri et defendere, verum etiam helemosinarum et beneficiorum in Dei obsequium et suorum excessuum remissione pie et religiose visitare, fovere, et honorare. Unde ego rex Adefonsus, Dei gratia Hyspanie imperator, una cum coniug^a mea regina domna Berengaria, meorum antecessorum consuetudinem non irrationabiliter sequutus, facio cartam donationis pro anima patris et matris mee et in meorum remissionem peccatorum Deo et Sanctę Marie Burgensi ecclesie, et tibi venerabili eiusdem sedis episcopo domno Simeoni, omnibusque tuis successoribus et canonicis ibi Deo servantibus, de omnibus exitibus de Burgis que michi pertinent dono et concedo supradicte ecclesie et vobis decimam partem de hoc

quod in presenti teneo tanquam de illud quod ad regale ius pertinet vel pertinere debet, scilicet de laboribus terrarum et vinearum, de balneis et molendinis, de ortibus, de mercato et de la plana, de moneta, de portaticis et calumniis et de tota illa alfoze que ad supradictam civitatem pertinent.

Si quis tamen hoc meum donativum frangere temptaverit, tam regia potestas quam secularis universitas, quisquis fuerit sit excommunicatus, et cum Juda traditore Domini et Dathan et Abiron quos vivos terra obsorbuit, in inferno dampnatus; et insuper pariet ad partem regis C. libras auri, et quod auferre temptaverit supradicte ecclesie in duplo componat; et hoc meum donum firmam habeat stabilitatem per secula cuncta, amen.

Facta carta in era M^a CLXVI, et quotum VIII^o idus julii. Ego Adefonsus, Dei gratia Hyspanie imperator, quod fieri mandavi proprio robore, cf. † (*Signo del emperador.*) — 1^a col. Comes Petrus de Lara, cf. Comes Rudericus de Asturias, cf. Rudericus Martinez, cf. Petrus Lopici, cf. — 2^a col. Petrus Secobiensis episcopus, cf. Exeminus Burgen-sis episcopus, cf. Petrus Palentinus episcopus, cf. Didacus Legionensis episcopus, cf. Pelagius Arias, notarius regis, per manum domni Bernaldi, scripsit et cf. Rudericus Vermudiz, maiordomus regis, cf. — 3^a col. Guterre Petriz Orca, cf. Petrus Didaci, cf. Menendus Nunniz, cf. — 4^a col. Garcia Garciaz, cf. Rudericus Gomez, cf. Didacus Gomez, cf. Ordonius Gusdesteiz, cf. Fernandus Garciaz Pelelia, cf. Cidi, ts. Veli-di, ts. Belidi, ts.

90.

Alfonso VII otorga al obispo de Burgos y su catedral diferentes iglesias y posesiones, y entre éstas el hospital real de Burgos. — Julio 12 de 1128.

(Vol. 2, parte I, n° 12, orig., perg.; vol. 71, n° 153; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n° 96.)

† XPS. — Regie maiestatis interesse eciam minus eruditis certum est ecclesias et sacra loca non solum ab iniuria tueri et defendere, verum eciam helemosinarum et beneficiorum in Dei obsequium et suorum excessuum remissione pie et religiose visitare, fovere, et honorare. Unde ego rex Adefonsus, Hispanie imperator, una cum coniuge mea regina domna Berengaria, meorum antecessorum consuetudinem non irrationabiliter secutus, facio cartam donationis pro anima patris et matris mee et in meorum remissione peccatorum Deo et Sancte Marie Burgensi ecclesie et tibi venerabili eiusdem sedis episcopo domno Simeoni, omnibusque tuis successoribus et canonicis ibi Deo servientibus, scilicet, ecclesiam Sancte Marie de Sessamon cum terris, vineis, cultibus et incultibus et cum omnibus que ad eam pertinent; et ecclesiam Sancte Leocadie de Vall Egunia cum terris, cum arboribus fructuosis et infructuosis, molinis, defeseis, pascuis, et cum omnibus que illi pertinere videntur; et monasterium Sancti Georgii ¹ cum omnibus suis appendiciis, terras incultas et cultas, arbores fructuosas et infructuosas, montes, fontes, prata, pascua, ortos, piscaria, molendina, solares populos vel eciam populandos, per omnes suos terminos antiquos per ubi eos invenire potueritis; sicut fuit in tempore avi mei bene memorie regis Adefonsi sic et vos habeatis et possideatis.

¹ Santurde de Toranzo.

Dono monasterium Sancti Christofori de Barzena ¹ in ripa Hiberi cum omnibus que illi conveniunt, terris cultis et colendis, pascuis, molendinis, piscariis, cannalibus in rivo Hiberi, arboribus fructuosis et infructuosis. Et monasterium Sancte Marie de Villaorado ² cum omnibus eiusdem ville ecclesiis. Et monasterium Sancti Romani de Monte ³ cum omni sua veritate, cum terris, vineis, cultis et colendis, cum suis collaciis Sancti Clementis in valle Sancti Vincencii ⁴. Et monasterium Sancti Bartholomei de Valle Asinera ⁵ cum omnibus que illi pertinere videntur. Et Sancta Maria de Sancto Petro de Foz ⁶ cum terris, vineis, molendinis, defesas, pratis, egressus et regressus. Et Val profunda cum omni sua hereditate. Monasterium Sancti Vincencii de Buezo ⁷ cum suis decaneis, obedientiis, cum terris, vineis, cultis et colendis, collaciis, pratis, pascuis, molendinis, cannalibus et cum omnibus que ad prefatum monasterium pertinent ubicumque sint, et cum omnibus que illi conveniunt et cum omni hereditate Sancti Martini et suos collazos.

Simili iure dono et concedo Villam unam nomine Cese-ro ⁸, que est circa Quintanadonnas, cum collaciis, terris, vineis, pascuis, fontibus, exitu et regressu et cum omnibus que eidem ville pertinere videntur sive conveniunt. Et in Soto gragero ⁹ una serna que est ex meo rengalenco simili-

¹ Bárcena de Prado, en Polientes, cuya iglesia lleva la advocación de San Cristóbal.

² Belorado.

³ Situado entre San Cristóbal del Monte y Espinosa del Monte, en las cercanías de Belorado.

⁴ Denominábase Valle de San Vicente la cuenca del Tirón desde Fresneda hasta Pedroso: perteneció en lo eclesiástico a la jurisdicción del abad de Foncea.

⁵ Desconocemos su situación.

⁶ San Pedro de la Hoz, vecino a Buezo, en territorio de Briviesca.

⁷ Corresponde al santuario de Santa Casilda, cerca de Buezo de Bureba.

⁸ No existe ya.

⁹ Sotragero, al N. de Quintanadueñas.

ter Deo et beate Marie concedendo tribuo. Dono eciam in suburbe Burgensi unam villam, id est, Ribiella cum montibus et fontibus, pratis et pascuis et molinis, exitus et regressus, cum vineis, terris et cum (*sic*) ad eam pertinent, et est villa illa in ripa de Aslazon et ex alia Cortes. Et unum molendinum in Vega circa ipsum ortum de Sancta Maria. Et Villa Oriol cum suis prediis omnibus, terris, vineis, pratis, pascuis, paludibus, cum introitu et regressu et cum omnibus que regie potestati pertinere videntur.

Eodem robore trado illa albergaria de Burgos, cum terris, vineis, villis, palaciis, sernis cultis et colendis, sicut regie potestati congruum esse videtur, et collazos et portaticum de ipsa ligna die quinta feria, et unaqueque die illi iudei burgenses dent ad illam albergariam in sustentatione pauperum duos solidos et unum denarium. Et ecclesiam Sancti Johannis apostoli et evangeliste, que est sita inter duo flumina Aslazon et rivo de Vena, cum ortis que in circuitu eius sunt prope illam, et uno forno in barrio Sancti Laurentii.

Similiter eciam dono decimam partem de hoc quod in presenti teneo tanquam de illo quod ad regale ius pertinet vel pertinere debet, scilicet, de laboribus terrarum et vinearum et de balneis et molendinis, de ortibus, de mercato et de plana, de moneta, de portaticis et de calumniis et de tota illa alfoç que ad supradictam civitatem pertinent.

Si quis tamen hoc meum donativum frangere temptaverit, tam regia potestas quam secularis universitas, quisquis fuerit, sit excommunicatus et cum Juda traditore Domini et Dathan et Abiron quos vivos terra absorbit in inferno damnatus, insuper pariet ad partem regis centum libras auri, et quod auferre temptavit supradicte ecclesie in duplo componat.

Facta carta in era M^a C^a LX^a VI^a et quotum IIII^o idus julii.

† (*Signum.*) Adefonsus imperator, conf. — 1^a col. Comes Petrus de Lara, cf. Comes Rudericus de Asturias, cf. Comes Rudericus Martini, cf. Comes Petrus Lopi, cf. Gutier Ferrandez, cf. — 2^a col. Petrus Secobiensis eps., cf. Petrus Palenti-

nus eps., cf. Didacus Legionensis eps., cf. — 3^a col. Rudericus Vermudez, maiordomus imperatoris, cf. Guter Petríz Orca, cf. Petrus Didaci, cf. Menendus Nuniz, cf. — 4^a col. Garcia Garciez, cf. Rudericus Munioz, cf. Ordonius Gusteiz, cf. Martinus Ferrandiz, cf. Garsia Ruderici, cf. Cidi, ts. Velidi, ts. Belidi, ts. Pelagius Arias, notarius regis, per manum domni Bernardi scripsit.

91.

María Gustios da al obispo de Burgos y su catedral la parte que correspondía a su hermana doña Godo en la iglesia de San Miguel de Bäscones y en el pueblo, y lo que es de ella en dicho pueblo. — Septiembre 3 de 1128.

(Vol. 37, fol. 240, orig., con reminiscencias visigóticas.)

Sub nomine sancte et individue Trinitatis. — Nullo mortali homine cogente, neque aliqua persona alicuius hominis suggerente sed mea spontanea voluntate, ego Maria Gudistioz, filia de Gudistio Munioz, do et concedo corpus et anima mea Deo et Sancte Marie Burgensis sedis ecclesie et tibi domno Simeoni episcopo canonicisque continuo Deo servientibus; donoque pro remedio anime mee ad honorem eiusdem sancte ecclesie in monasterio S. Michael de Bascones¹, illa parte que fuit de mea germana domna Agodo cum sua divisa propria en Bascones, et post obitum meum illa mea parte que me pertinet in oc loco, sive mea quam de mea germana domna Agodo ab omni integritate. Et hoc do Deo et Sancte Marie et clericis ibi comorantibus; confirmo perpetuo sub iure firmeque stabilitate, ita ut deinceps non sit mee nec remaneat in mea potestate. Si quis sane, quod fieri credo minime,

¹ Bäscones del Agua, junto al Arlanza y confinante con Quintanilla del Agua, cuya iglesia parroquial lleva la advocación de San Miguel.

meorum propinquorum aut extraneorum vel aliquis ex mea parentela vel aliqua subrogata persona istius cartule titulum disrumpere voluerit, in primis iram Dei incurrat, et a cetu christianorum extraneus efficiatur, et cum Juda traditore in inferno inferiori partem obtineat, nisi congrua emendacione satisfecerit, et ad exaggeracione sui dampni persolvere cogatur V libras auri, et ipsam hereditatem duplatam et meliorata in simili loco restituat.

Facta carta donacionis est in era TCLXVI, III nonas septembris, regnante rex Adefonso in Castella, Legione, Toledo, domno Simeoni episcopo presidente Burgensi ecclesie. Ego Maria Gudistioz, filia Gudistio Munioz, qui hanc cartam fieri iussi, manu mea propria signum inieci †, et in conventu de Bascones legentem audiui et testes ad roborandum tradidi. Garcia Gonsalvez, ts. Petrus Munioz, ts. De Villaserigo, testes: Petrus Nunez de Quintanella, ts. Petrus Martinez de Quintanella, ts. Garsia Gonsalvez, ts. Munio Fanez, ts. Dominus Orbita, ts. Cum omni concelgo de Bascones, ts. Petrus Johannis, ts. Domingo Albarez, ts.

92.

Pedro Gutiérrez y las hijas de su hermano Gonzalo Gutiérrez dan al obispo de Burgos y su catedral la villa de Cesero, según había pertenecido a su ascendencia. — Diciembre 23 de 1129.

(Vol. 37, fol. 357, orig.; vol. 71, n° 196, incompleta.)

XPS. — Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Sicut nudus nascens homo nil infert mundo, sic moriens nil refert secum preter peccata; propterea ego Petrus Gutierrez, una cum filiabus fratris mei Gundisalvi Gutierrez, damus Deo et Sanctę Marie ac Simeoni Burgensis sedis episcopo ceterisque senioribus, ibi commorantibus, villam Cesero, que est in Rivo de Ovir-

na iuxta Quintanadonnas et Arroial et ex alia parte Paramo, quam nobis nostri reliquerunt parentes, pro animarum nostrarum seu parentum nostrorum remedio, cum quibuscumque rebus ad eam pertinent, cum rivis et molendinis, cum pascuis et pratis et montibus, cum ingressibus et regressibus, concedimus ut habeatis et possideatis iure perpetuo. Quod si aliquis nostrorum vel aliorum supradictam villam inquietare vel temptare voluerit, et ad iudicium duxerit, in primis incurrat iram Dei viventis, et perpetue senciatur flamas gehenne ardentis, et velut excommunicatus habeat porcionem cum Juda traditore, amen; et ad partem regis XXX^a persolvat libras auri, et Deo et sancte Marie illam villam in simili loco dupplatam vel melioratam. Ego Petrus Gutierrez, insimul cum nepotibus meis, qui hanc cartam fieri iussimus, sub testibus scriptis inferius manibus propriis roborabimus.

Facta carta X kalendas januarii era M^a C. LX^a V^a, regnante rege Aldefonso in Toledo et in Legionem et in Castellam et in omni Gallecia. Petrus comes, ts. Rudericus comes, ts. Petrus Lopez, ts. Rudericus Gomiz, ts. Rudericus Munioz, ts. Petrus Dolchite, ts. Petrus Salvadorez, ts. Totum concilium Burgis, ts. Johanes, notuit et cf.

93.

Alfonso VII da al obispo y cabildo de Burgos la iglesia de Santurde de Toranzo con todas sus dependencias, otorgándole su señorío y la inmunidad, o sea, exención de la justicia y tributos reales. — Agosto 26 de 1130.

(Vol. 71, n^o 154; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n^o 16.)

† XPS. — Quoniam ea que a regibus donantur ex scriptis tuciora habentur, oportet ut litterarum testimonio confirmentur. Quapropter ego Adefonsus, Dei gratia Hyspanie imperator, ob amorem Dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum Dei et pro remedio anime

mee et parentum meorum facio cartam donationis et scripturam firmitatis vobis Simeoni, Burgensi episcopo, et canonicis eiusdem ecclesie tam presentibus quam futuris de monasterio Sancti Georgii cum omnibus suis appendiciis, terras cultas vel colendas, arbores fructuosas et infructuosas, montes, fontes, prata, pascua, ortos, piscaria, molendina, selares populatos vel eciam populandos, per omnes suos terminos antiquos per ubi eos invenire poteritis; sicuti fuit in tempore avi mei bone memorie regis domni Adefonsi sic et vos habeatis et possideatis per tale forum ut de hodie et tempore non sit ausus intrare ibi aliquis saio vel maiorinus sive regis vel alicuius alterius potestatis pro aliqua calumpnia sive pro furto vel homicidio vel fossadaria vel pro fornicio vel pro aliqua alia fiscali consuetudine; et est ipsum monasterium in alfoz de Toranzo. Quod si aliquis homo, etc.

Facta carta donationis et confirmacionis in Asturias era M^a C^a LX^a VIII^a et quotum VII^o kalendas setembris. Ego Adefonsus, Dei nutu tocius Hyspanie imperator, quod fieri iussi proprio robore, cf. † (*Signo del emperador.*)—1^a col. Rodericus Gomez, cf. Petrus Lopez, cf. Petrus Gonzalviz, cf. Osorius Martinez, cf. — 2^a col. Rudericus Gonsalviz, cf. Alfonsus Faniz, cf. Monio Gonsalviz, cf. Abbas Romanus Sancti Anderii, cf. Abbas Sancte Juliane de Asturiis, cf. — 3^a col. Rudericus Vermuiz, maiordomus in curia regis, cf. Rudericus Fernandiz, signifer regis, cf. Petrus, capellanus regis, per manum episcopi Munionis, cf. Ciprianus Petriz, notarius regis scripsit et cf. Cidi, ts. Velidi, ts. Anaia, ts.

94.

Alfonso VII repuebla y da fueros a Villalbilla, junto a Burgos, granja suya. — Febrero 1 de 1135.

(Vol. 37, fol. 17, copia contemporánea; «Bol. Ac. Hist.», t. LXV, página 223, publicado por el P. Alfonso Andrés.)

In nomine Domini. — Quoniam ea que a regibus sunt data, litteris sunt annotata, et ideo ego Aldefonsus, Dei gratia Yspanie imperator, una cum uxore mea Berengaria regina, damus et confirmamus istos foros ad homines de Villalviella, que est mea iuveria. Qui ibi venerint populare habeant in foro el rivo de Aslanzone hyemps et estus ubicumque aportare potuerint; et non habeant manneriam neque fonssadera neque annubda neque ulla fazendera, nisi unum solidum en enfurcione per festivitatem S. Michaelis, et IV dies in labore de rege in ipsa villa in hereditate de illo rege. Et qui non habuerit boves, serviat cum suo corpore, unus dies per dies S. Michaelis, alter dies de genero usque ad marcium, tertius dies a barbeitar, et quarta dies a trillar; et habeant in civum vel potum panem et vinum et caro sive ad mane sive ad sero. Si quis aliquis exierit, sive viros sive feminas, vengam del rei al rei cum totum ab omni integritate, terras et vineas et molinos et mobilem, excepto illo solar et illo muradare. Et si aliquis sub me populare voluerit, vengat cum totum quantum habuerit sine ulla querimonia. Si quis hoc scriptum infringere voluerit, in primis habeat iram Dei et ad parte regis in coto persolvat mille libras auri.

Ego Aldefonsus, Dei gratia Yspanie imperator, qui hanc cartam fieri iussi, propriis manibus roboravi, et signum fieri mandavi. † (*Signum regis.*) — 1ª col. Berengarius, notarius regis. Petrus Dolchitez et Petro Salvadorez, ts., et Johannes Dominigez, ts. Melendo Bofino, ts. Ramiro Frolaz, cf. — 2ª col. Lopo Lopez, maiordomus regis, cf. Almarich, armi-

ger regis, cf. Ferrando, fr. ¹ regis, cf. Michael Felizes, merino regis et populator, cf. et suo pater selerizes del rey et populatores, cf. Cid, ts. Vellid, ts. Annaia, ts. — 3^a col. Come Lop Diaz, cf. Come Rodericus Velaz, cf. Vermudo Petrez de Gallecia, cf. — 4^a col. Comes Petrus Lopez, cf. Comes Rodri-gus Gomez, cf. Comes Munnio de Gallecia, cf. Comes Ar-mengot de Orgel, cf.

Facta carta in era M^a C^a LXXIII^a, kalendas februarii, in vigilia Purificationis Sancte Marie Virginis. — Johannes Petri, notavit.

95.

Sancho Sánchez ofrece a la catedral de Burgos sus derechos y posesiones sitas en tierra de Castilla, a la izquierda del río Pisuerga; y las de la derecha de este río al monasterio de San Zoil de Carrión. — Diciembre 1 de 1135.

(Vol. 71, n^o 189.)

Ego insuper Sango Sangez ², filius Sancii Ovechoz, pro redemptione ac omnium peccatorum meorum remissione et omnium parentum meorum concedo similiter et dono atque offero hæc cuncta quę scripta sunt in hac regula; dono etiam et concedo cum omnibus istis omnes illas hereditates et honores quos habeo por totam Castellam usque in Pisorgam huic suprascripte sedi Sanctę Marie, ut habeat et possideat ea usque in finem. Omnem vero hereditatem et honorem quod habeo ultra Pisorgam dono et concedo ecclesie Sancti Zoyli de Carrione ut possideat illa similiter et habeat in per-

¹ No sabemos qué pueda significar esta palabra: *frater* no puede ser.

² Nieto del conde Ovidio u Oveco Sánchez, de quien se ha tratado anteriormente.

petuum. Facto scripto era M^a C^a LXX^a III^a, kalendas decembris, regnante inclito imperatore Adefonso Raimundi in Toletu, in Legione, Gallecia atque Castella et Nazara atque Cesaragusta.

96.

El cardenal Guido determina en el concilio de Burgos los límites de las diócesis de Burgos con la de Osma, y los de ésta con Tarazona y Sigüenza. — Año 1136.

(Vol. 48, fol. 6, copia contemporánea; MINGUELLA, ob. cit., t. I, p. 357.)

Guido, S. Romane ecclesie Cardinalis legatus, venerabili fratri B. Oxomensi episcopo salutem. Inter te ac venerabiles fratres nostros S. Burgensem, B. Seguntinum atque M. Tyrasonensem episcopos pro parrochiarum finium terminis gravis controversie dissensio agitata est. Nos igitur pro pace reformanda diucius laborantes, cum consilio illustris Yspaniarum regis A., necnon archiepiscoporum R. scilicet Tole-tani, D. Compostellani, P. Bracarensis, episcoporum et abbatum atque aliorum Yspanie provincie principum, qui ad Concilium Burgense convenerant, inter te et ipsos concordiam huiusmodi, auctore Domino, composuimus. Restituimus itaque tibi, karissime frater B. episcopo quandam partem illius parrochie pro qua te sepius adversus Burgensem ecclesiam non sine ratione conquestum fuisse cognovimus, videlicet, Aszam, Turrem de Galindo, Rotam et totum campum de Rotha, Guthman, Villam Velam, Gomel, Aquilera, Pennam de Aranda, Spinosam, Arauz de Miel, Ortam cum omnibus terminis earumdem villarum usque ad Pennam Cerveram sicut ab illis montibus diffluunt aque ad rivum illum qui dicitur Auseva, et sicut Auseva discurrit ad occidentem usque ad Castellum de Ovech Diez et usque ad Ruiales. Ex parte vero australi usque ad rivum de Asza sicut diffluunt aque usque in Dorium, preter Aylonem cum terminis suis quam Seguntine ecclesie de cetero tradimus possi-

dendam. Ex parte vero orientis ab eo loco ubi nascitur rivus Auseva usque ad Pennam de Carazo, villas scilicet, Pennellam, Fascines, Carazo, Villamnovam, Palatios, Begiles, Villam Gomeir, Caprelias, Murelias, Cannatanazor, Fescinosam usque ad serram de Gorbion. Et quicquid infra prenomina-
tos terminos continetur tibi et ecclesie tua nichilominus confirmamus.

Preterea addimus ut Soria integra cum omnibus suis terminis suis, de qua inter tuam et Seguntinam atque Tyrasonensem ecclesias controversia agitata est, tibi de cetero subiecta consistat.

De iure vero ecclesie tue venerabili fratri nostro B. Seguntino episcopo concedimus habere Aylonem, ut supra diximus, cum omnibus terminis suis, et hereditates quas ibidem habere dinosceris, Aquiseio, Castellum de Galvi et medietatem aldeie que dicitur Lizeras, Caracenam cum omnibus aldeis suis et cum duobus monasteriis S. Salvatoris et Sancte Marie de Termis, Vado de Rege, Aquileram, Berlangam cum omnibus terminis suis et cum monasterio S. Baudulii, Ballamozan et Barcam. Almazan preterea cum omnibus terminis suis de qua tu querimoniam faciebas..... Tyrasonensi episcopo de his que Seguntina possidebat..... concessimus habere Calatau, Boroviam, Alcaszar cum omnibus terminis earundem villarum, maiorem ecclesiam de Calatau cum omnibus hereditatibus suis et pertinentiis, et alias hereditates quas Seguntinus ibi habebat episcopus: Olbegam et Villam Feliz qui est inter Calatau et Almazan et Farizam inter Calatau et Medinam. Hanc igitur concordiam inter vos suffragante divina clementia stabilitam ex auctoritate S. Romane ecclesie, que nobis in faciendis parrochialium terminorum divisionibus concessa est, auctore Domino confirmamus, et ratam perpetuis temporibus permanere decernimus.

97.

Alfonso VII ratifica los nuevos límites establecidos entre las diócesis de Burgos y la de Osma. — Burgos, septiembre de 1136.

(Vol. 48, fol. 6, copia contemporánea; LOPERBÁEZ, ob. cit., t. III, p. 16.)

Quia gravis et intoleranda inter episcopos Aragonnum de episcopatum divisionibus et parrochiarum finibus agitabatur discordia, placuit mihi Adefonso, Dei nutu Hispanie imperator, ut a domino Papa Innocentio per Bernaldum Seguntinum et Martinum Auriensem episcopos, quos ad eum misi legatos impetrare quatinus in partes nostras domnum Guidonem Romane ecclesie cardinalem dirigeret, qui mecum ex auctoritate Romane ecclesie tante dissensionis pacem et concordiam poneret que firma et indissolubilis omni tempore permaneret. Quo misso et cum universis regni mei archiepiscopis, episcopis, abbatibus, principibus atque optimatibus in Burgis concilium celebrante, inter cetera que ibi de consistentium consilio acta fuere dignum diximus ut Oxomensis ecclesie quandam partem sue parrochie, quam hucusque non sine querimonia Oxomensis episcopi Burgensis tenuerit ecclesia, iussu et auctoritate predicti Guidonis romane ecclesie legati redderemus. Reddidimus namque Aszam, Turrem de Galindo, Fresnelo, Vado de Condes, Baralenguas, Ruviales, Rozam et totum campum de Roda, Guzman, Villam Vela, Villam Valera, Aquilerola, Castellum de Aranda, Cremada, Tovel, Valdefande, Spinosa, Pennela, Pennam de Aranda, Arauz de Mel, Ortam cum omnibus terminis earumdem villarum usque ad pennam Cerveram, sicut ab illis montibus diffluunt aque ad illum rivum qui dicitur Auseva, sicut ad occidentem discurrit, usque ad Castellum de Ovech Diez et usque ad Ruviales; ex parte vero orientis de illo loco ubi nascitur Auseva usque ad pennam de Carazo reddidimus Oxomensi ecclesie, villas scilicet Pen-



nellam, Fascinas, Begiles, Palacios, Covaledas, Villam Gudumer, Feneliosam, Caprilias, Murelias, Canatanazor usque ad serram de Gorbion; ex parte autem australi usque ad rivum Aszam et sicut discurrit Asza usque in Dorium. Quicquid infra istos prenomatos terminos continetur prefate ecclesie concedimus. Preterea addidimus eidem ecclesie Soriam integram cum omnibus terminis suis, de qua inter Saguntinum et Oxomensem et Tirasonensem episcopos controversia agitabatur.

Hanc ergo predictarum villarum reintegrationem, quam Oxomensi ecclesie fecimus ex auctoritate romane ecclesie que nobis in disponendis parrochialium terminorum divisionibus una cum domno Guidone ipsius ecclesie legato concessa est, auctore Domino confirmamus et ratam perpetuis temporibus permanere decernimus, et hoc signum confirmationis fieri iussimus. Si qua autem ecclesiastica secularisve persona hoc nostrum factum infringere temptaverit, reus corpore et sanguine Christi cum Juda traditore partem in inferno habeat.

Facta carta in Burgis mense septembri era M. C. LXXIV, Adefonso imperatore imperante in Toletu, Legione, Cesa-raugusta, Naiara, Castella, Galicia. † (*Signum imperatoris.*) Huius rei sunt testes et confirmatores: Raimundus Toletanus episcopus, cf. Didacus Compostellanus archiepiscopus, cf. Petrus Secobiensis eps., cf. Petrus Palentinus eps., cf. Bernardus Segontinus eps., cf. Petrus Legionensis eps., cf. Michael Tyrasonensis eps., cf. Enego Avilensis eps., cf. Robertus Asturicensis eps., cf. Adefonsus Ovetensis eps., cf. Martinus Auriensis eps., cf. Bernardus Zamorensis eps., cf. Guido Lucensis eps., cf. Comes Rodericus Martinez, cf. Comes Rodericus Gonsalvez, cf. Comes Rodericus Gomez, cf. Guter Ferrandez, maiordomus, cf. Almaricus, alferiz, cf. Michael Feliz, merinus in Burgis, cf. Diego Munioz, merinus in Carrion, cf. Giraldus scripsit hanc cartam iussu Magistri Hugonis, eo tempore cancellarius imperatoris.

98.

Pedro Felices da al cabildo catedral de Burgos, de quien se declara servidor y familiar, un majuelo en términos de Villaldemiro. — Febrero 20 de 1138.

(Vol. 38, fol. 448, orig.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Petrus Felicius nullo cogente imperio sed divina clementia aspirante, et quia in societate vestra necessitate cogente in vita et post obitum meum recipior, dono Deo et ecclesie beate Marie vobisque canonicis ibi deservientibus illum meum mallolum, quod est ad arroyos iuxta viam de Villa Felmiro ¹, alatanei de superiori parte mulier que fuit de Muza Cohen, de alia parte terra Johannis Domini iudicis, ex alia parte terra mulieris Galindi Sancii, ex alia parte via de Villa Felmiro. Hoc vero supranominatum donativum recipio deinceps de manibus vestris ut vita comite habeam illud, post obitum vero meum remaneat vobis firmissimum. Si quis vero hoc meum donativum disrumpe-re voluerit, patiatur penam cum Juda traditore Domini in inferno, et persolvat in cauto canonicis ecclesie beate Marie CC. morabetinos, et illum maiolum duplicatum in alio tali loco.

Facta carta era M^a C^a LXXVI, X^o kalendas marcii, regnante rege Adefonso et regina Berengaria in Legione in To-leto et Burgos et Castella, Simeone Burgis episcopante, Micaele Felicis, ibi maiorino existente; Prior Petrus de Quintana donnas, Abas Pelagius, domnus Albarus, domnus Gundisalvus archidiachonus, Gundisalvus Sancte Crucis, domnus Isidorus, domnus Christoforus, domnus Micael, domnus Rudericus, domnus Martinus, domnus Vincencius, domnus Ferrandus et alii quamplures canonicorum testes sunt. De Vil-

¹ Villaldemiro, en el valle de Tamarón, cerca de Pampliega.

la Felmiro: Gonsalvo Petrez, ts. Domnus Florencius, Johannes Micaelez, ts. Johannes Dominici, ts. Pelagius Atgaz, ts. Martinus Munioz. Martinus Dominici, ts. Micael Munioz. De Burgos: Petrus Dolchitez. Petrus Salvatoris. Domnus Matheus. Domnus Lambert. Domnus Tosten vetulus. Johannes Dominici iudex. Pelagius Cabeza. Johannes Petri, scripsit.

99.

Juan Salvadorez da al presbítero Martín una viña a cambio de un pedazo de solar contiguo a su casa. — Junio 16 de 1139.

(Vol. 70, n° 189.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, trina maiestas et una divinitas. — Ego Johannes Salvadorez feci cambium cum tibi Martinus presbiter de mea propria vinea que habeo in Flanos ¹ per unam passatam de terra ad illum cantale de vestra porta et desuper VIII mor. aureos, vidente Gonsalvo Annaiz et Petro Munioz, Didago Gonsalvez, Petro Dominico; et est illa in locum nominatum in pavo de lanos, et sunt suos allataneos, de una pars Petro Stephanez, et ex alia pars ego Johannes Salvadorez, et de tercia pars hermanos de Petro Munioz. Et si aliquis homo ex mea prolenie aut de aliqua parte ad istum nostrum (*sic*) ad disruptendum venerit, in primis habeat iram Dei et postea de suis sanctis, et ad rex qui terra obtinuerit pareat in cauto XXX^{ta} libras aureas, et tibi Martinus presbiter ipsa vinea duplada vel meliorada in tali loco.

Facta carta notum die feria IIII^a ², XVI^o kalendas julii,

¹ Término municipal de Burgos.

² Era viernes en 1139.

era M^a C. LXXVII^a, regnante et imperante rex Ildefonsus in regnis suis; episcopus S. sedis Sancte Marie, Michael Felicis, merino. Ego Johannes Salvadorez, qui hanc carta fieri iussi et legente audiui, de manu mea signo roboravi, coram testes. Pellaio Perez, ts. Petro Martinez de illo palomare, ts. Stephanus Dominico, testes. Didago Michaellez, ts. Garsia Petri, ts. Petro Ciprianez, ts. Christoforo Capatero, ts. Johannes Salvadorez, ts. Michael Petrez, ts. Petro Johannes, ts. Cid et Bellid, cf. Gonsalvus, presbiter notuit et in roboramentum octavilla de vinno.

100.

Alfonso VII da al obispo de Burgos y su catedral un palacio en Burgos, que había sido de Alfonso VI, a cambio de otro en que él habitaba y pertenecía a dicho obispo. — Palencia, enero 27 de 1140.

(Vol. 71, n^o 155.)

In nomine Domini. — Innotescat presentibus et futuris hominibus quia ego Adefonsus, Hyspanie imperator, una cum uxore mea Berengaria, fatio commutationem palatiorum cum domno Petro, Burgensi electo, et cum omnibus Burgensis ecclesie canonicis, donans eis illa palatia que fuerunt mei avi regis Adefonsi, et recipiens ab eis illa palatia que modo teneo et que fuerunt Burgensis episcopi et ecclesie Sancte Marie pontificalis. Illa namque palatia que illis dono sunt in capite pontis ex parte Burgis, habentia iuxta se ex una parte quoddam meum ortum, et ex alia parte Aslançon, ex altera vero parte illa palatia sororis mee domne Sancie. Supradictam commutationem cum predicto Burgensi electo domno Petro et canonicis tali modo fatio ut ea palatia, que illis dono iure hereditario, ipsi et successores eorum Burgenses episcopi et canonici libere teneant et possideant. Si quis autem hoc meum factum, etc.

Facta carta Palentie VII^o kalendas februarii era M^a C^a LXX^a VIII^a, Adefonso imperatore imperante in Toleto, Legione, Cesarangusta, Castella, Gallecia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam, quam fieri iussi anno quinto mei imperii, confirmo et manu mea roboro. Berengarius Salamantinus episcopus, cf. Petrus Secobiensis episcopus, cf. Petrus Palentinus eps., cf. Martinus Auriensis eps., cf. Comes Rudericus Gomeç, cf. Comes Osorius Martineç, cf. Comes Ferrandus, cf. Guterrius Ferrandeg, cf. Rodericus Ferrandeg, cf. Didacus Munioç, maiordomus imperatoris, cf. Didacus Froleç, alferiç, cf. Lop Lopeç, cf. Michael Felicis, maiorinus in Burgis, cf. Garsias Roic, cf. Geraldus scripsit iussu magistri Hugonis, cancellarii imperatoris.

101.

Alfonso VII da al obispo de Burgos y su catedral el hospital real de Burgos con todas sus dependencias y posesiones, y el palacio antiguo del rey a cambio de otro, propio del obispo. — Carrión, abril 18 de 1141.

(Vol. 5, parte I, fol. 3, copia del siglo XIII; vol. 71, n^o 156.)

In nomine Domini. — Futuris et presentibus sit manifestum quia ego Aldefonsus, Ispanie imperator, una cum uxore mea Berengaria, grato animo, voluntate spontanea, pro remedio anime mee et parentum meorum dono ecclesie beate Marie de Burgos et domno Petro, eiusdem ecclesie episcopo, eiusque successoribus illa arbergeria de Burgos cum villis suis, videlicet Archos et Rave, Villa Armentero, Villa Ysidoro, Castellanos cum omnibus pertinentiis suis, molendinis, aquis, terris, vineis, cultis et incultis, arboribus fructuosis et infructuosis, montibus, vallibus, pratis, pascuis cum exitibus et ingressibus. Dono etiam prefate ecclesie et domno Petro episcopo et eius successoribus canonice substituendis, antiqua

palatia mea que sunt iuxta pontem et ortum meum, pro quibus ego recipio in cambiatione illa palacia que ego feci in solario Sancte Marie et ortum adiacentem palacio. Hanc supra memoratam hereditatem dono et concedo habendam ecclesie beate Marie de Burgos et domno Petro, eiusdem ecclesie episcopo, eiusque successoribus canonice sustituentis, tali tenore quod eam libere et quiete iure hereditario in perpetuum possideant. Si quis vero huic mee donationi contrarius venerit et eam diruperit, cuiuscumque proieniei sit, gravi anathemate percutiatur, et in inferno cum Juda proditore sine fine dampnetur nisi resipuerit; pectet insuper regie potestati mille marchas argenti et duplatum reddat quod invaserit.

Facta carta Carrioni XIII kalendas mai era M^a C^a LXX^a VIII, predicto imperatore Adefonso imperante in Toletto, Legione, Sarragocia, Nazara, Castella, Gallecia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam, quam iussi fieri anno VI^o mei imperii, confirmo et manu mea roboro. † (*Signum.*) ADEFONSUS IMPERATOR. — 1^a col. Berengarius Compostellanus Archiepiscopus, cf. Stephanus Oxomensis episcopus, cf. Petrus Segobiensis eps., cf. Petrus Palentinus eps., cf. — 2^a col. Rudericus Gomez comes, cf. Osorius Martinez comes, cf. Guterrius Fernandez, cf. Rudericus Fernandez, cf. Didacus Munioz, maiordomus imperatoris, cf. Poncius de Minerba, alferiz, cf. Michael Felicis, maiorimus in Burgos, cf. Robertus scripsit iussu magistri Ugonis, cancellarii imperatoris.

102.

Alfonso VII da al abad de San Martín de Escalada la propiedad real en Ayoluengo y Quintanilla, a la cual exime de la justicia real. — Logroño, julio 29 de 1141.

(«Arch. Colegiata de Aguilar de Campóo», copia del siglo XII.)

† XPS. Aω. — In nomine Domini. Sit presentibus et futuris hominibus manifestum quia ego Adefonsus, Hispanie imperator, una cum uxore mea Berengaria facio cartam domno Johani, abbati S. Martini de Escalata, omnibusque eiusdem monasterii conventui de omni illa hereditate quam habeo in Faeto Longo ¹ et in loco de Quintaniella ² cum omnibus adiacentiis suis, solares, sernas, pratos, montes, fontes, cum pascuis, cum exitu et regressitu, quantum ibi potueritis invenire possideatis. Hec dono vobis et concedo abbati Johani et conventui S. Martini de Escalata pro remedio nostrarum animarum unde habeant servi Dei gubernationem et ego predictus imperator de peccatis meis remissionem. Verumtamen quia v..... idem iam dictus abbas S. Martini de Escalata et clericorum conventus eorum quorum successores hereditatem..... dono habere semper et immutabile possideant, saionem de ipsa hereditate aufero ne amplius in illam..... ibi requirat, regio iure possideat hoc nostrum factum. Huius autem mei facti confirmationem si quis postmodum diruperit, anathemate percussus in inferno cum Juda proditore dampnetur nisi resipuerit, insuper pectet regie parti mille morabitanos, et quod invaserit in duplum restituat.

Facta carta Logronno IV^o kalendas augusti era M^a C^a LXX^a I^a ³, predicto imperatore Adefonso imperante

¹ Ayoluengo, cerca de Sargentos de Lora.

² Quintanilla Escalada.

³ Fecha equivocada: la verdadera es el año 1141, en que eran aún electos el obispo de Burgos, D. Pedro y el de León, D. Juan, que

in Toletu, Legionē, Sarragocia, Naiara, Castella, Gallecia. Ego Adefonsus imperator, hanc cartam, quam fieri iussi anno sexto mei imperii, confirmo et propriis manibus roboro. † (*Signum imperatoris.*) — 1^a col. Ego infans nomine Sancia, soror imperatoris, cf. Petrus Dominici, Burgensis electus, cf. Petrus Palentinus eps. secundus, cf. Johannes Albertini, Legionensis electus, cf. — 2^a col. Rodericus Gomez comes, cf. Osorius Martinez comes, cf. Ramirus Froilez comes, cf. Guterrus Ferrandez, cf. Rodericus Ferrandez, cf. Gomez Gonzalvez, cf. Rodericus Munioz, cf. Petrus Gonzalvez, cf. Gundisalvus Didaz, cf. — 3^a col. Didacus Munioz, maiordomus imperatoris, cf. Pontius de Minerva alferiz, cf. Lope Lopez, cf. Garsias Gomez, cf. Michael Feliz, maiorinus in Burgis, cf. Geraldus scripsit iussu magistri Hugonis, cancellarii imperatoris.

103.

Inocencio II notifica a Alfonso VII que no accede a su petición de consagrarse en España el electo obispo de Burgos, D. Pedro. — Roma, mayo 12 de 1141.

(Vol. 71, n° 63.)

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio A., illustri Hispaniarum regi, salutem et apostolicam benedictionem. Nuntios et litteras nobis a nobilitate tua directas benigne suscepimus, et de percepta persone tue incolumitate et regni tui prosperitate ac pace gaudio magno gavisi sumus. Nos enim te velut specialem beati Petri filium sincera caritate diligimus, et ad honorem et liberationem regni Yspanie, quod ad tutelam et patrocinium beati Petri et sancte Romane ecclesie proprie spectare cognoscitur, libenter operam damus et in quibus possumus et debemus

como tales aparecen en este privilegio, y es el año sexto de la coronación del emperador.

preces tuas libenter admittimus. Quod autem super electo Burgensi postulationes tue non sunt admesse, equanimiter debet tua nobilitas ferre. Cum enim Burgensis electus et quidam alii in regno tuo, ad nullius spectet sacrari nisi ad solius Romani Pontificis, non fuit fratrum nostrorum consilium episcoporum et cardanalium (*sic*) ut prefati electi consecratio alicui committeretur persone, ne hac occasione beati Petri iusticia perturbetur vel detrimentum aliquod patiatur. Quanto enim in regno Yspanico beatus Petrus plura possideat, tantum regnum ipsum carius tenet. Personam tuam superna gratia conservet incolumen et ad regni gubernacula cum pace et iusticia faciat triumphantem. Datum Laterani IIII^o idus maii ¹.

104.

Alfonso VII otorga al obispo de Burgos las minas de plata que pudieren encontrarse en los términos del Arlanzón, para socorro de la iglesia catedral. — Coria, mayo 10 de 1142.

(Vol. 25, fol. 317, copia contemporánea.)

† XPS. A^ω. — In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. — Ego Aldefonsus, Dei gratia imperator, una cum voluntate et consensu uxoris mee imperatrice domna Berengaria facio cartam donationis pro remedio anime mee et parentum meorum Deo et beate Marie Burgensis ecclesie et domno Petro episcopo et omnibus clericis ibidem morantibus et Deo servientibus, tam presentibus quam futuris, dono atque concedo ut ubicunque in termino Arlanzonis argen-

¹ En mayo de 1140 el papa Inocencio estaba en Roma; pero como hay documentos de 1141 en que el obispo de Burgos figura aún como electo, se supone no había recibido aún la presente bula, y por ende que corresponde ésta a 1141.

tum invenire potueritis sit ad servitium Dei omnipotentis et ad restaurandam supradictam ecclesiam per seculorum secula amen. Si quis tamen ex meis vel de extraneis hoc meum factum inquietare voluerit, sit maledictus a Deo et ab omnibus catholicis christianis excommunicatus et cum Juda Domini traditore in inferno dampnatus in secula seculorum amen.

Facta carta huius donationis in Coria die noto VI idus mai sub era M^a C^a LXXX^a imperante dompno Aldefonso Legione, Gallecia, Toieto, Castella, Nazera, Cesaragusta. Ego Aldefonsus imperator hanc kartam fieri iussi et manu mea signum roboravi et confirmo. † SIGNUM ADEFONSI IMPERATORIS. — 1^a col. Comes Rudericus Gomez, cf. Comes Fredinandus, cf. Comes Randimirus, cf. Didacus Munioz, maior-domus imperatoris, cf. Rudericus Fredinandiz, cf. Lop Lopez, cf. Rudericus Munioz de Guzman, cf. Martinus Garsie de Pampliga, cf. Martinus Gonzalvez de Valterra, cf. — 2^a col. Gutier Fernandez, cf. Michael Felicis, maiorinus imperatoris, cf. Rudericus Petri de Pennavera, cf. Rudericus Pedriz de Bienvivre, cf. Petrus Diaz de Peral, cf. Petrus Gundissalviz de Alba, cf.

105.

Albelenda y Nicolás Eulardo o Eblardo venden al cabildo catedral de Burgos unas posesiones rústicas en la ciudad. — Burgos, junio 30 de 1142.

(Vol. 70, n^o 151.)

In Dei nomine. — Ego Albelenda et ego Nicholaus Eulardi vendimus tibi domno Munnio de Vesga et Sancte Marie Burgensis ecclesie canonicum illum nostrum, scilicet, ortum quem habemus in Vega iuxta ortum videlicet Ospitii regis, et ortum etiam Rinaldi Malemonete, et terram insuper Pelagii Cabeçe, per octuaginta et VIII mor. quos dedisti nobis

cum cambio unius solaris. Testes ergo huius mee venditionis sunt: domnus Vincentius Martini, et domnus Johannes Michaelis, et domnus Garsia Bellitiz. Facta carta era M^a C. Octuagesima, pridie scilicet kalendas julii, regnante domno A. imperatore in omni imperio tocius Castelle et Gallecie et Toleti atque Cesaraguste. Ego Albelenda et ego Nicholaus Eulardi, qui hanc cartam fieri iussimus, manibus nostris coram testibus roboravimus. Domnus Albarus, ts. Petrus Martini, ts. Pelagius Cabeça, ts. Petrus Romanez, ts. Martinus Enduraz, ts. Gundissalvus, testes. Dominicus Echavida, ts. Ferdinandus Gunsalvi, ts. Didacus, ts. Andres fidiator de redra tal cual iudicaverunt. Pelagius, ts. scripsit.

106.

Lucio II ordena a varias abadías de la diócesis paguen al obispo de Burgos los diezmos de las villas que les pertenecen. — Roma, marzo 20 de 1144.

(Vol. 71, n^o 64; «Cart. de Arlanza», p. 190.)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G. Onniensi, P. Sancti Emiliani, J. Sancti Dominici, P. Sancti Petri de Aslança abbatibus salutem et apostolicam benedictionem. Si in rebus secularibus suum ius et proprius ordo servandus est, multo magis in rebus ecclesiasticis nulla debet induci confusio. Ideoque per presentia vobis scripta mandamus quatinus decimas de villis monasteriorum vestrorum que venerabili fratri nostro P. Burgensi episcopo iuxta canonum pertinent sanctiones, nullatenus recipiatis sed eas sibi integre et pacifice dimittatis. Datum Laterani XIII kalendas aprilis.

107.

La condesa Eva da fueros al pueblo y hospital de San Juan de Tardajos, sometidos a la catedral de Burgos. — Enero 31 de 1147.

(Vol. 50, parte I, fol. 132, orig.)

† XPS. — In nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris, videlicet, ac Filii et Spiritus Sancti, amen. Quod corde credimus et hore profiteamur, Patrem ingenuum atque filium unigenitum; et ideo ego comitissa Eva ¹ una cum filiis meis et filias, tam viris quam mulieribus, pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrarum, infernum timendo et regnum patris celestis adquirendo, grato animo et spontanea voluntate ad populos huius loci beati Johannis ² cum illo hospitale et ponte qui in hoc loco sunt populati vel ad populandum venerint, donamus fuero ut non abeat super vos maneria nec fossadera nec anubda nec saione, et donetis pro omicidio XXX^{ta} solidos monetę regis terre, et dupplo non abeat, et donetis enforcionem unum solidum per marcio, de denarios alium solidum ad festum S. Michaelis, et per quemque unum mensem una opera cum suo corpore et suos boves ad illo hospitale; et illos homines qui bovem non habuerint, compleant in anno XII^{im} dies per unusquisque mense uno die in quale opus necesse fuerit, in carrera uno die andadura, et omnia ista opera cum boves et sine boves unusquisque mense per unum diem impleant opera; et illos homines qui abuerint boves, in arare et trillare in hac villa. Et si ad unusquisque mense suum diem non petierint, amplius non faciant. Viduas donent VI denarios per marcio et per S. Michaelis VI denarios.

¹ Doña Eva Pérez de Trava, mujer del conde Pedro González de Lara.

² Este pueblo-hospital estaba entre Villalbilla y Tardajos, junto al río Arlanzón.

Concedimus vobis libertatem qui populati estis vel ad populandum venerint ad hunc locum, qui est termino de Oter de Aliis, absque ullo interdicto ut cum illos de Oter de Aliis nullo foro non abeat. De omnibus calumniis qui advenerint absolvimus pro animas nostras tres partes, et pectent quartam partem ad dominum huius monasterii beati Johannis. Et de omnibus homicidiis si advenerint non pectent nisi si occiderit unum hominem ad alium, pectet suprascriptos XXX^{ta} solidos, quia peccatum est hominem non occidere et homicidium pectare; et ille qui domum suam vendere voluerit vendat cui plus dederit, et pro ea ad me servitium compleat.

Et si aliquis ex nostris progeniis Deum in hoc loco servire voluerit, habeat hospitalem et monasterium supradictum beati Johannis et donet censum unumquemque annum V. aureos ad ecclesiam Sancte Marie Burgensis. Si quis ex meis vel extraneis, qui hanc cartam dirumpere voluerit, sit maledictus et excommunicatus, et a liminibus sanctę matris ecclesię separatus, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbit, perpetuis penis damnatus, et cum Juda Domini traditore in inferno inferiori participentur.

Facta carta notum diem II kalendas februarii, sub era M^a C^a LXXX^a V^a. Et ego comitissa Eva, una cum filiis meis, qui hanc cartam pro redemptione animarum nostrarum fieri iussimus, proprias nostras manus roboramus, et testibus ad roborandum tradimus, regnante imperatore Adefonso in Legionem et in Gallecia, in Cordoba et in Toletum et in omni regno suo; Victor electus beatę Marię Burgensis; vilicus imperatoris Garssea Rodericus. Petro Padella, ts. Gonsalbo Padella, ts.

Ego comes Malricus, una cum fratribus et sororibus nostris Albar Petríz et Nun Petríz (*un blanco*)¹, comitissa domna Elvira, Mari Petríz, Milia Petríz² concedimus et confirmamus. Petro Petríz, cf. Martin Petríz, cf. Ferrandus Blasquiz, cf.

¹ Debía llenar este hueco Fernán Pérez, hijo del conde Pedro González de Lara.

² Salazar (*Casa de Lara*, t. I, p. 100) no conoció estas dos hijas del conde Pedro.

Ferrandus Nuniz, cf. Ordonius Gonsalviz, cf. Petro Pardo et Ferrandus Pardo, cf. Gomez Gonsalviz. Gonçalvo Bermudez de Sca. Maria. Bicent. Guillermus, presbiter, cf. Sancius notuit.

108.

Eugenio III manda al obispo de Calahorra se presente a los de Palencia y Segovia y acate la sentencia que ellos dieren sobre la pertenencia de la iglesia de Santo Domingo de la Calzada que reclama por suya el obispo de Burgos. — Meaux, junio 28 de 1147.

(Vol. 71, n° 66.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Calagurritano episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster V. Burgensis episcopus nobis conquestus est quod ecclesiam S. Dominici de Calciata ei auferas et iniuste detineas. Quia igitur fratrum nostrorum scandala de medio tollere et suam singulis iusticiam conservare nostri offitii debitum nos compellit, per apostolica tibi scripta mandamus atque precipimus quatinus cum a venerabilibus fratribus nostris P. Palentino et P. Secobiensi episcopis evocatus fueris, eorum presentiam adeas, et quod ipsi exinde statuerint suscipias et observes. Datum Meldis III^o kalendas julii.

109.

Eugenio III notifica a varios abades regulares de la diócesis de Burgos que delega su autoridad en los obispos de Coria y Segovia para que decidan el litigio que tienen con el obispo de Burgos sobre tercias. — Roma, mayo 3 de 1150.

(Vol. 71, nº 68; «Cart. de Arlanza», p. 196.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis J. Oniensi, P. Sancti Petri de Aslança, M. Sancti Petri de Caradigna, L. Sancti Emiliani et M. Sancti Dominici abbatibus, salutem et apostolicam benedictionem. Controversia quę inter vos et venerabilem fratrem nostrum V. Burgensem episcopum super tertia parte decimarum diutius agitata est, venerabilibus fratribus nostris N. Cauriensi et J. Secobiensi episcopis discutiendam terminandamque commisimus. Per presentia itaque vobis scripta mandamus atque precipimus quatinus cum ab eisdem nostris fratribus super eadem causa fueritis evocati, eorum presentiam adeatis, et quod exinde inter eos iudicaverint suscipietis (*sic*) et irrefragabiliter observetis. Datum Rome apud Sanctum Petrum Vº nonas mai.

110.

Alfonso VII otorga al monasterio de San Cristóbal de Villadiego, propio de la catedral de Burgos, cuanta propiedad le pertenece en derredor de dicho monasterio, facultando para poblar en ella y eximiendo de tributos reales a los pobladores. — Valladolid, febrero 26 de 1152.

(Vol. 33, fols. 103 y 104, orig., perg.; publicado por A. Andrés en «*Bol. Ac. Hist.*», t. LXV, p. 226.)

XPS. Aω. — In nomine Domini, amen. — Ego Adefonsus imperator, una cum filiis meis Santio atque Fernando, fatio cartam donationis et textum firmitatis Deo et monasterio S. Christofori et tibi Petro Guterriz presbitero et canonico Sancte Marie de Burgis et omnibus successoribus tuis, de illa mea hereditate quam habeo in monasterio, qui est in territorio de Villadiego, qui vocitant S. Christofori, de illa via quaitur de Ulmos a Villadiego, quantum michi ab omni integritate pertinet; et hoc fatio pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, et pro amore filii mei regis Santii, quem hodie militem fatio, ut beatus Christofurus sit intercessor pro eo apud Deum, ut ab hac die abeas et possideas tu et omnes successores iure hereditario im perpetuum. Et homines qui circa supradictum monasterium populare voluerint, non abeant forum faciendi ullam facenderam nec fossaderam, nec ire in fossatum, nec habeant mannariam nec pectum, nullumque servicium faciant inviti alio homini nisi domino S. Christofori, et nullum homicidium pectent. Si vero in posterum aliquis ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere voluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Juda proditore in inferno dampnatus, et pectet regie parti mille solidos.

Facta carta in Valadolid, anno quo imperator venit de illa cerca de Jaen, era M^a C^a LXXXX^a, et quot III^{or} ka-

lendarum marcii, imperante ipso imperatore in Toletis et Legionibus, in Galletia et Castelle, in Nazara et Saragotia, in Baetia et Almaria; comes Barchilonie tunc temporis vassallus imperatoris, Santius rex navarrus tunc temporis vassallus imperatoris. Ego Adefonsus imperator Hyspanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro et confirmo. Rex Santius filius imperatoris, cf. † SIGNUM A. IMPERATORIS. — 1^a col. Raimundus Toletanus archiepiscopus et Hispaniorum primas, cf. Johannes Legionensis eps., cf. Victorius Burgensis eps., cf. Raimundus Palentinus eps., cf. Johannes Secobiensis eps., cf. Rodericus Naiarensis eps., cf. — 2^a col. Comes Pontius, maiordomus imperatoris, cf. Guter Fernandez, cf. Garcia Garciaz Daza, cf. Garcia Gumez, cf. Adefonsus Muniz, maiorinus in Burgis, cf. Petrus Galindiz, maiorinus in ipsa terra, cf. Johannes Fernandez, canonicus ecclesie beati Jacobi et notarius imperatoris, scripsit.

111.

El noble Pedro Díaz ofrece al cabildo catedral de Burgos la mitad de la villa de Celada y un solar en la de Santa Cruz. — Abril de 1152.

(Vol. 70, nº 5.)

In Dei nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Petrus Didaci¹, nullo cogente imperio sed divina gratia inspirante, pro remedio anime mee et parentum meorum, facio cartam donationis Deo et Sancte Marie Burgensi et canonicis ibi Deo servientibus, videlicet, totius illius ville medietatem que dicitur Celada iux-

¹ Sobre este personaje véase *Cart. de Arlanza*, pp. 163, 172, 175, 188, 192, etc.; estaba emparentado con la familia de los condes de Lara.

ta Sanctam Crucem ¹, solares et hereditates, montes et paschua, introitus et exitus et quantum michi ibi pertinet integro (*sic*) dono et concedo. Insuper dono illud solare Sancte Crucis cum divisa filii mei Johannis Petri, cum quanto michi ibi pertinet integre dono et concedo. Si qua ecclesiastica secularisve persona hanc cartam donationis infringere voluerit, paciatur penas cum Juda traditore Domini, et persolvat in coto centum libras auri, et illud donum duplicatum in alio tali loco. Facta carta era M^a C^a XC^a, mense aprilis, imperante Ildefonso in Legione et Burgis et in Toletis et in Almaria et Baeza et in Castella. Huius rei testes: Petrus Gonzalvez, ts. Lupus Fernandiz, ts. Martinus de Peral, ts. Gundissalvus Didaci, ts. Martinus Michaellez, ts. Dominicus Michaellez, ts. Ferrando Didaci, ts.

112.

Eugenio III encomienda a los obispos de Salamanca y Segovia conozcan del litigio entre el obispo de Burgos y el abad de Oña sobre pago de tercias, y le sentencien definitivamente de manera que en lo sucesivo no surjan otras controversias sobre lo mismo. — Segni, junio 28 de 1152.

(Vol. 71, nº 65.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus N. Salamantino et J. Secobiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. — Venientes ad presentiam nostram nuntii venerabilis fratris nostri V. Burgensis episco-

¹ Desconocemos la situación de estos lugares; acaso se refiera el documento a Celada de la Torre, en Ubierna; acaso a otro pueblo de igual nombre, situado en las cercanías de Burgos, como lo estaba Santa Cruz.

pi, et dilecti filii nostri J. Onniensis abbatis, diutinam querelam decimarum quę inter ipsos iam diu agitata est, et concordiam quam super controversia ipsa utraque pars fecisse dicebat, in nostra et fratrum nostrorum audientia ostenderunt. Ceterum quia sicut ex utriusque partis confessione cognovimus, predicta concordia sine capituli Oniensis consensu facta fuit, stare nullatenus poterat, eam Sedis Apostolice auctoritate cassavimus. Quia vero ad nostrum spectat officium emergentia scandala de medio auferre, et super his ecclesias ipsas diutius fatigari non volumus, de vestre honestatis prudentia plurimum confidentes, causam ipsam denuo vobis ex integro dignum duximus committendam et fine debito terminandam. Per presentiam itaque vobis scripta mandamus quatenus, congruo loco et tempore utraque parte ante vestram presentiam evocata, et allegationibus et rationibus hunc inde diligenter auditis et plenarie cognitis, eandem controversiam ita opitulante Domino mediante iusticia decidatis, ut nullus appellationis locus parti alterutri relinquatur quare post hoc recidivo possint litigio fatigari. Datum Segnie III^o kalendas julii.

113.

Eugenio III ordena se atenga el abad de Oña a la concordia estipulada con el obispo de Burgos sobre pago de tercias, o de lo contrario satisfaga todas cuantas prescriben los Cánones.—Segni, septiembre 2 de 1152.

(Vol. 71, n^o 67.)

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri V. Burgensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. — Litteras fraternitatis tuę debita benignitate suscepimus, et postulationibus tuis benignum impertientes assensum, dilecto filio nostro M. Oniensi abbati per apostolica scripta precepimus quatenus, aut concordiam quam super

controversia decimarum tecum fecisse dinoscitur firmiter teneat et observet, aut partem ipsarum decimarum, quę secundum canones debetur episcopis, tibi absque subterfugio appellationis persolvat. Si vero, quod non credimus, hac vice nobis inobediens fuerit, pena docente cognoscet quam grave quamque temerarium sit apostolicis contraire mandatis. Tua itaque frater interest ut in commisse tibi plebis regimine lucrandisque animabus ita Domino auxiliante invigiles, quatenus ante tribunal eterni iudicis constitutus, fructum bone operationis qui ad mercedem tuam pertineat, eodem Redemptori nostro in quo letari possit exhibeas. De cetero pro visitatione XXX^{ta} morabotinorum tuę devotioni gratias agimus. Datum Signie III^o nonas setembris.

114.

Alfonso VII da a la catedral de Burgos y su obispo la iglesia de San Clemente con la villa de Cuevas de San Clemente. — Castrogeriz, noviembre 25 de 1152.

(Vol. 26, fol. 314, orig.)

† XPS. Aw. — In nomine Domini, amen. — Inter cetera virtutum et misericordie opera, elemosina precipue commendatur, Domino atestante qui ait: sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Eapropter ego Adefonsus, Hispanie imperator, una cum uxore mea Rica imperatrice et cum filiis meis Santio et Fernando, pro amore Dei et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione fatio cartam donationis et textum firmitatis Deo et ecclesie Sancte Marie de Burgos et vobis episcopo Victorio et omnibus eiusdem ecclesie successoribus vestris de ecclesia S. Clementis cum illa villa que vocatur Covas: dono et concedo vobis ipsam ecclesiam et ipsam villam cum montibus et fontibus suis, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regressibus suis et cum omnibus suis terminis et pertinentis et

cum omnibus suis directuris; et hoc fatio ut ab hac die habeatis ipsam villam liberam et quietam vos et omnes successores vestri iure hereditario in perpetuum. Si vero aliquis homo ex meo vel alieno genere hoc meum factum rumpere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et pectet regie parti mille morabetinos.

Facta carta in Castru Siriz era I^a C^a LXXXX^a et quatum VII^o kalendarum decembris, imperante ipso imperatore in Toletu et Legione in Galletia et Castella, in Naiara et Saragotia, in Baetia et Almaria. Comes Barchilonie tunc temporis vassallus imperatoris. Ego Adefonsus, imperator Hyspanie, hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo. † SIGNUM A. IMPERATORIS. — 1^a col. Rex Sanctius, filius imperatoris, cf. Comes Pontius, maior-domus imperatoris, cf. Comes Almanrricus, cf. Guter Fernandiz, cf. Adefonsus Munniz, maiorinus in Burgis, cf. Nunnus Petri, alferiz imperatoris, cf. — 2^a col. Rex Fernandus, filius imperatoris, cf. Comes Fernandus Galletie, cf. Comes Rudericus Petriz, cf. Vermudus Petriz Galletie, cf. Gumez Gunzalviz, cf. Gundisalvus Ruderiquiz, cf. Johanes Fernandiz, canonicus ecclesie beati Jacobi et notarius imperatoris, scripsit.

115.

Alfonso VII da a la catedral y obispo de Burgos el pueblo de Villayuda, en los contornos de la ciudad. — Burgos, diciembre 6 de 1155.

(Vol. 71, n^o 14, confirmación real de 25 de febrero de 1255.)

In nomine Domini, amen. — Inter cetera virtutum et misericordie opera, helemosina maxime comendatur, Domino atestante qui ait: date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis: et alibi: date et dabitur vobis: et iterum: sicut aqua extingit (*sic*) ignem, ita helemosina extinguit peccatum. Quapropter ego Aldefonsus, Dei gratia totius Yspanie

imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica et cum filiis meis Sancio et Ferrando regibus, Deo et ecclesie Sancte Marie de Burgis et vobis dompno Victorio, eiusdem ecclesie episcopo, et omnibus successoribus vestris, pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione facio cartam donationis et textum firmitatis de illa villa que vocatur Villa ayuda et est iuxta Alançon et iacet inter Gamonar et Ribilla, et super illam est Castannares, et est circa caminum que vadit ad Sanctum Jacobum, et iacet in alfoz de Burgis.

Dono et concedo vobis ipsam villam cum montibus et fontibus, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regressibus suis et cum molendinis et cum omnibus suis directuris, terminis et pertinentiis. Et hoc facio ut ab hac die habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum, et faciatis de ipsa villa quidquid volueritis, vendendo, donando, concambiando cuicumque volueritis libere et quiete, et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero aliquis homo ex meo genere vel alieno hoc meum factum rumpere temptaverit, sit maledictus a Deo et excommunicatus, et cum Juda Domini proditore in inferno dampnatus, et cum Datan et Abiron, quos terra vivos obsorbuit, penas inferni luat, et insuper peccet ecclesie Sancte Marie de Burgis et episcopo eiusdem ecclesie decem milia morabetinos.

Facta carta in Burgis VIII^o idus decembris era M^a C^a LXXXX^a III^a. Et hec carta est facta de ipsa villa que est de meo, rengalengo eo anno quo cepi Anduiar, Petroch et Sanctam Eufemiam, imperante Dei gratia ipso Adefonso imperatore Toletio, Legioni, Gallecie, Castelle, Naiare, Saragocie, Baecie, Almarie, Anduiar, Petroche et Sancte Eufemie. Comes Barchilonie et Sancius rex Navarre eo tempore vasalli imperatoris. Ego Adefonsus, Dei gratia tolius Hyspanie imperator, hanc cartam quam fieri iussi propria manu confirmo atque roboro.

Rex Sancius, filius imperatoris, cf. Rex Ferrandus, filius imperatoris, cf. Johannes Toletanus archiepiscopus, cf. Martinus Ovetensis eps., cf. Johannes Legionensis eps., cf. Petrus Astoricensis eps., cf. Petrus Mindoniensis eps., cf. Martinus

Auriensis eps., cf. Vicentius Secobiensis eps., cf. Johannes Oxomensis eps., cf. Petrus Segontinus eps., cf. Rudericus Naiarensis eps., cf. Comes Almarricus, tenens Baeciam, cf. Comes Poncius, maiordomus imperatoris, cf. Nunus Petri, tenens Montor, cf. Alvarus Petri, frater eius, cf. Gutier Ferandet, cf. Garci Garciat de Aça, cf. Garcia Gumet, cf. Gunsalvus de Marannon, alferiz imperatoris, cf. Comes Rudericus Petri Gallecie, cf. Comes Gunsalvus Fernandet, cf. Pelagius Corvus, cf. Alvarus Roderiz, cf. Vermudus Petríz, cf. Gunsalvus Roderiz, cf. Didacus Fernandiz de Bonel, eo tempore maiorinus in Burgis, cf. Adrianus, notarius imperatoris per manum Johannis Fernandiç, imperatoris cancellarii, hanc cartam scripsit.

116.

Alfonso VII otorga a la catedral de Burgos y su obispo el monasterio de San Fausto de Treviño, con sus dependencias de Santa María de Tablada y San Martín. — Burgos, diciembre 16 de 1155.

(Vol. 71, n° 157.)

In nomine Domini, amen. — Sicut in omni contractu conditionalis atque imperialis testatur auctoritas, sic etiam ratio iusticie exigit ut ea que a regibus sive ab imperatoribus fiunt, scripto firmentur, ne temporum diuturnitate ea que gesta sunt oblivioni tradantur. Eapropter ego Adefonsus, Dei gratia totius Ispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domna Rica et cum filiis meis Sancio et Ferrando regibus, Deo et ecclesie Sancte Marie de Burgis et vobis domno Victori, eiusdem ecclesie episcopo, et omnibus successoribus vestris, et vobis domno Petro Petri, eiusdem ecclesie archidiacono, qui precibus et multorum obsequiorum exhibitione hoc apud me impetrasti, et pro animabus parentum meorum et peccatorum meorum remissione, fatio car-

tam donationis et textum firmitatis de illo monasterio quod est edificatum in honorem sanctorum Fausti, Januarii et Martialis¹, et cum suis obedientiis, videlicet cum monasterio Sanctę Marine de Cova Tabulada² ad integrum, cum omnibus suis directis dono et concedo vobis cum montibus et fontibus, cum pratis et pascuis, cum ingressibus et regressibus suis et cum omnibus suis directis terminis et pertinentiis, et cum monasterio Sancti Martini. Et hoc fatio ut ab hac die habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum, et faciatis inde quicquid volueritis vendendo, donando, concambiando cuicumque volueritis libere et quiete, et hoc meum factum semper sit firmum. Si vero aliquis homo ex meo genere, etc., et insuper pectet ecclesie Sanctę Marie de Burgis vel eius vicario decem libras auri puri.

Et hæc carta est facta eo anno quo dominus imperator per Dei misericordiam cepit Andugar, Petroche et Sanctam Eufemiam, imperante ipso imperatore Adefonso in Toledo, Legioni, Gallecie, Castelle, Nazare, Saragocie, Baecie, Almarie, Andugar, Petroche et Sanctę Eufemie.

Facta carta Burgis XVII Kalendas januarii era M^a C^a LXXXX^a III^a. Rex Sancius, filius imperatoris, cf. Comes Almaricus, tenens Baeciam, cf. Comes Pontius, maior-domus imperatoris, cf. Nunus Petrig, tenens Montor, cf. Guter Fernandig, cf. Alvarus Petrig, cf. Garcia Garcieç de Aça, cf. Gundisalvus de Maranon, alferi imperatoris, cf. Martinus Ovetensis eps., cf. Johannes Legionensis eps., cf. Petrus Mindonensis eps., cf. Martinus Auriensis eps., cf. Johannes Lucensis eps., cf. Petrus Tudensis eps., cf. Petrus Astoricensis eps., cf. Navarus Salamantinus eps., cf. Adrianus, notarius

¹ Se llamó San Fausto de Treviño, situado debajo de San Quirce de Hormicedo, entre Villalba y Tablada, junto al río, al norte de Villadiego. En el siglo XVIII estaba reducido a simple ermita. Perteneció antes al monasterio de Nájera, a quien le dió en 1126 la reina Urraca, donación confirmada en 1136 por Alfonso VII (LLORENTE, *Provincias Vascongadas*, t. IV, pp. 30 y 52; BALPARDA, *Historia de Vizcaya*, t. II, p. 310).

² Debe responder a Tablada de Villadiego.

imperatoris per manum Johannis Fernandiz imperatoris cancellarii et ecclesie beati Jacobi archidiaconus hanc cartam scripsit. Johannes Toletanus archiepiscopus, cf. Victorius Burgensis eps., cf. Reimundus Palentinus eps., cf. Vincentius Secobiensis eps., cf. Ennicus Avilensis episcopus, cf. Stephanus Zamorensis eps., cf. Johannes Oximensis eps., cf. Petrus Segontinus eps., cf. Rex Fernandus, filius imperatoris, cf. Comes Rudericus Petriz Gallecie, cf. Comes Gundisalvus Fernandiz, cf. Veremudus Petriz, cf. Vela Guteriz, cf. Alvarus Ruderiz, cf. Pelagius Curvus, cf. Reimundus Johannis, cf. Ego Adefonsus, Dei gratia tocius Yspanie imperator, hanc cartam quam fieri iussi, propria manu confirmo atque roboro, et signum proprium impono.

117.

Juan y su hija María ceden a doña Gontroda la cuarta parte de una casa en el barrio de Santa María de Burgos, a cambio de una pasada de tierra y veintidós maravedís. — Diciembre 13 de 1156.

(Vol. 70, nº 30.)

In Dei nomine. — Ego Johannes et filia mea Maria facimus cambium cum vobis domna Guntroda de nostra quarta parte domus, quam habemus vobiscum in barrio Sancte Marie iusta Jordan Marin, in alia Petrus Ruvio, in fronte via Sancti Jacobi, per unam passatam terre ad portam Gundisalvi Nicholai, et desuper XXII morb., et sumus de eis paccati. Facta carta era M^a C^a XCVIII^a, idus decembris ¹, imperante Aldefonso in Toletto et Legione et Burgos et Castella. Testes huius rei: Pelagius Cabeça. Johannes, çapatero. Dominicus, escudero. Chicot. Pasquasius, ferrero, testes. Sanctius faber. Martinus Munioz, ts. Johannes pinxit.

¹ Esta fecha está errada, pues la escritura se otorgó reinando Alfonso VII; por ende corresponde lo más tarde al año 1156.

118.

Doña Dominga da al cabildo catedral, como dotación de un aniversario por su alma, una casa en el barrio de Santiago, y dos viñas en los términos municipales de la ciudad. — Año 1156.

(Vol. 70, n° 41.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego domna Domenga pro remedio anime mee dono Deo et beate Marie et vobis canonicis eiusdem ecclesie domum meam quam habeo in vico Sancti Jacobi: huius domus allatanei sunt, ex una parte Petrus Castellanus, ex alia parte Petrus Terrin. Dono etiam vobis unam vineam, que est in Fonte Aiebar, et sunt allatanei eius Pasturel ex una parte, ex alia uxor Didaci de vico Sancti Stephani. Dono etiam vobis aliam vineam quam habeo a Tala de Cardenna et est allataneus ex una parte Jordanus Marin, ex alia autem Johannes Petri de Vega. Si quis hoc donum nostrum disturbare voluerit, iram Dei omnipotentis habeat, et in inferno cum Juda dampnetur, et regi C. libras auri persolvat; et vobis canonicis hoc donum meum in meliori vel in simili loco dupplatum reddat. Facta carta sub era M^a C^a XC^a III^a, regnante Aldefonso imperatore in Legione et in Burgos et in Toletto et in Bæga et in Almaria et in omni regno suo. Huius donationis testes sunt: Raymundus. Dominicus Moçarab. Petrus Petri. Imperator. Stephanus. Bufinus. Stephanus Amerlan. Johannes de la Porta. Johannes Dominici scripsit. Hoc etiam mando ut hoc quod do vobis, post mortem meam sit pro meo aniversario.

119.

Alfonso VII confirma al hospital real de Burgos los fueros que le diera su fundador Alfonso VI, expresando las principales disposiciones de los mismos. — Febrero 4 de 1157.

(Vol. 5, parte I, fol. 4, orig.; acaso copia contemporánea.)

In nomine sanctę et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Aldefonsus, Dei gratia Hyspaniarum imperator, una cum uxore mea Rica et filiis, videlicet rege Sancio et rege Fredinando, concedo Burgensi hospitali, quod avus meus pro sue et suorum animarum remedio hedificare precepit, illam consuetudinem et illud forum quod meus avus ei dedit in omnibus villis quę pertinent ad illud hospitale, scilicet, quod nullus collacus suarum villarum sibi pertinentium pignoretur pro nullo nisi pro proprio suo debito vel qui fuerit eius hospitalis collacius. Adhuc etiam do vobis aliud forum, quod nullus collacius qui habuerit hereditatem sub iure hospitalis, non det portaticum in toto regno meo; et si aliquis infanzon vel villanus cum eis iudicium habuerit pro homicidio vel pro aliqua demandanza, veniant ad iudicium ad Burgos, et iudices de Burgos iudicent iudicium, et ipsi compleant suum forum in suas villas, et non exeant inde neque ad medianedo neque ad alium locum; et iuratores quos dare debuerint, tales sint quod sint christiani, et ad coniurationem sapiant respondere amen; nec aliquis mei regni, qualiscumque sit, sine voluntate domini hospitalis, vel alterius qui pro eo fuerit, in hereditatibus pertinentibus eidem hospitali comedat nisi ei datum fuerit gratis. Hoc scriptum firmum et stabile sit semper. Et quicumque hoc meum factum frangere voluerit, sit maledictus a Deo Patre et a Jhesu Christo filio eius et a Sancto Spiritu et a beatissima Maria virgine et omnibus sanctis, et cum Juda tradito-

re in inferno dampnatus; insuper mihi et successoribus meis mille libras auri persolvat ¹.

Facta carta quarto die intrante februario sub era M^a C^a LXXXX^a V^a, imperante domno Aldefonso imperatore, et filiis suis Sancio et Fredinando regnantibus in Castilla et in Legione et in Gallecia et in Toletto et usque in Baeciam. Ego Aldefonsus imperator hanc cartam, quam fieri mandavi, propria manu mea confirmo atque roboro. † SIGNUM A. IMPERATORIS. — 1^a col. Sancius rex, cf. Fredinandus rex, cf. Comes Poncius, maiordomus imperatoris, cf. Comes Almaricus, cf. Comes Lupus, cf. Comes Veila, cf. Guter Fernandez, cf. Nunnus Petri et Albarus Petri, frater eius, cf. Gomez Gundissalvi, maiordomus regis Sancii, cf. Gundissalvus de Marennon, alferiz imperatoris, cf. — 2^a col. Johanes Toletanus archiepiscopus, cf. Petrus Burgensis eps., cf. Ramundus Palentinus eps., cf. Johanes Legionensis eps., cf. Rudericus Calagurritanus eps., cf. Garsya Garsyez D'aza, cf. Gondissalvus Roderici, cf. Sancius Didaci, cf. Didacus Fernandez, maiorinus Burgis, cf. Fredinandus Palla, scripsit iussu Petri Gonzalvez, cancellarius (*sic*) imperatoris.

120.

Juliana y sus hijos ceden sus derechos en el molino de Posadillo, sito en términos de Gamonal, a cambio de una parte de solar en La Llana, y cierta cantidad de dinero que les da Gonzalo Juliáñez y su mujer. — Abril de 1157.

(Vol. 70, n^o 115.)

Ego Juliana cum filiis meis, videlicet, Gunsalvo, Sanctia, Elvira, Stephania, facimus cambium cum te Gonsalvo Julianez et uxore tua Maria de nostra vice quam habemus in illo molino de Posadillo ad illo ponton de Flayno Oriol,

¹ Esta fórmula no suele usarse en los diplomas de Alfonso VII.

in termino de Sancta Maria de Gamonar, in illo de dentro ad XV dies miercoles per nomine ad horam in die, ad horam in nocte. Et ego Gundissalvus fatio cambium cum te Gunsalvo Julianez et uxore tua de alia mea vice quarta quam habeo in ipso supradicto molino ad XV dies iovis per nomine ad horam in nocte, ad horam diem, per unam passatam terre ad illo cantal de la porta de don Gundissalvo Plagado ad illa Plana, cum intrada et exida, et insuper VII morabatos et terciā, et sumus de illis pragados. Quicumque hoc cambium infringere voluerit, in coto imperatore C. morabatos persolvat, et tibi Gunsalvo et uxori tue illo cambio duplato vel meliorato in simile loco restituat.

Facta carta mense aprilis sub era M^a C^a XCV^a, Aldefonso imperatore imperante per omnem Hyspaniam. Unde sunt testes: De Gamonar: Johannes Petri Baralla. Michael Martinez et Petrus Martini, frater eius. Dominicus Johannis. Gerner de Donna. Johannes Petrez. De Burgos: Laurentinus, filius Basoin. Petrus Romanez. Cid, filius Dominici Faumez. Petrus Criato. Stephanus Bone. Gundissalvus plagatus canonicus. Johannes Petri canonicus, et Petrus Petri, frater eius. Johannes Saturnini fecit.

121.

Adriano IV ratifica al obispo de Burgos la exención de todo metropolitano y su inmediata dependencia de la Santa Sede; únicamente el papa podrá conocer de los asuntos referentes al mismo y su diócesis. — Roma, mayo 13 de 1157.

(Vol. 71, n^o 70.)

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro, Burgensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Iniuncti nobis a Deo summi pontificatus officium nos ammonet multipliciter et invitat ut fratribus nostris episcopis iura sua integra debeamus et illibata servare, et

ipsos in postulationibus suis libenti animo exaudire. Eapropter venerabilis in Christo frater episcopo iustis postulationibus tuis grato concurrentes assensu, personam tuam in ea libertate volumus de cetero permanere in qua predecessores tui permansisse noscuntur. Statuentes ut nulli persone nisi tantum Romano Pontifici debeas esse subiectus, aut in aliquo respondere. Ut autem hec institutio futuris temporibus inviolabiliter conservetur, eam auctoritate Sedis Apostolice confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis vero id presumerit attemptare, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani III idus mai ¹.

122.

Sancho III da al obispo y catedral de Burgos el monasterio de San Millán de Lara con todas sus dependencias y derechos, en sufragio del alma de sus padres. — Soria, octubre 28 de 1157.

(Vol. 33, fol. 122, orig.; vol. 71, n° 158.)

† XPS. Aco. — In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. — Quoniam piorum ac catholicorum regum est sanctam Dei ecclesiam diligere, ecclesiasticas personas honorare et eis grata suffragia verbo et opere conferre, ut omnipotens Deus eis regnum augmentet in terris, et feliciter regnare concedat in celis, quatinus per opera misericordie ei sine intermissione valeant placere sine quo nec regnum possunt obtinere terrenum neque adquirere sempiternum. Eapropter ego rex Sancius, Dei gratia domni Adefonsi bone memorie famosissimi Hispaniarum imperatoris filius, facio cartam donationis et

¹ Aunque asignamos a esta bula la fecha de 1157, puede corresponder también a 1158.

textum scripture in perpetuum valiturum Deo et ecclesie beate Marie Burgis et vobis episcopo domno Petro et omnibus canonicis, ibidem Deo et beate Marie servientibus, tam presentibus quam futuris, de monasterio quod vocatur Sanctus Emilianus de Lara, et est situm in eodem territorio de Lara, ut habeatis et possideatis eum vos et omnes posteri vestri iure hereditario deinceps in perpetuum. Ita inquam dono et concedo vobis eum cum suis ecclesiis eidem monasterio pertinentibus, et cum villis populatis et populandis, et cum collacis, cum montibus, terris, aquis, molendinis, pratis, pascuis, vineis, ingressibus et regressibus et cum suis omnibus hereditatibus et pertinentiis ubicumque fuerint. Et hoc facio vobis amore Dei et pro salute anime mee et remedio anime patris mei imperatoris, nuper defuncti, et matris mee omniumque meorum parentum. Si quis vero ex meo genere vel alieno hoc meum factum et donationem ausu temerario infringere voluerit, sit maledictus et excommunicatus, et cum Juda proditore Domini in inferno dampnatus.

Facta carta in Soria sub era M^a C^a LXXXV^a, et quatum V^o kalendas novembris, anno quo domnus Adefonsus bone memorie famosissimus imperator ab hoc seculo migravit. Ego rex Sancius hanc cartam quam fieri iussi, meo proprio robore confirmo. † SIGNUM REGIS SANCII. — 1^a col. Comes Almaric, cf. Comes Vela, cf. Comes Lupus, cf. Gomez Gunzalviz, maiordomus regis, cf. Guterre Fernandiz, potestas in Castella, cf. Garsia Garsiaz de Aza, cf. Gundisalvus de Marannun, cf. Petrus Exemeniz, tenens Ogronium, cf. Nunus Petriz, cf. Alvarus Petriz, cf. Didacus Fernandiz, maiorinus regis, cf. — 2^a col. Johannes, Toletanus archiepiscopus et primas Hispanie, cf. Reimundus Palentinus eps., cf. Vincencius Secobiensis eps., cf. Cerebrunus Segontinus eps., cf. Johannes Oxomensis eps., cf. Rodericus Calagurrensis eps., cf. Martinus Tirasonensis eps., cf. Martinus Pelaiz, regis notarius, hanc cartam scripsit. (*Signo.*) † ¹.

¹ Dependiente de la abadía de San Millán de Lara era la granja de San Cristóbal de Collar, cercana a aquella. Con fecha 23 de agosto de 1232 dispuso Fernando III que dicha granja *habeat trede-*

123.

Gonzalo Nicolás, canónigo de Burgos, cede sus derechos en el molino de Posadillo, a cambio de una pasada de solar en La Llana, y cuatro maravedís que le dan Gonzalo Juliáñez y su mujer. — Mayo de 1158.

(Vol. 70, n° 119.)

In Dei nomine. — Ego Gundissalvus Nicholai, Sancte Marie canonicus, facio cambium cum te Gunsalvo Julianez et uxori tue Marie de mea vice quam habeo in illo molino de Posadiel, ad illum pontum de Flayno Oriol, in illo molino de dentro ad XV dies miercoles per nomine, horas in die, horas in nocte, per unam passatam de terra ante casa de Petro Martinez de la Plana cum intrada et exida, insuper IIII^{or} mor., et sum de illis pagado. Quicumque hoc cambium infringere voluerit, in coto regis Sanctio L. mor. persolvat, et tibi Gunsalvo et uxori tue illo camio dupplato vel meliorato in simile loco restituat. Facta carta mense may in era M^a C^a XC^a VI^a, regnante rege Sanctio in Toletum et in Castella et in Nazara et usque ad Sanctum Facundum. Unde sunt testes: Petrus Martini, canonicus. Garsia Descanno, canonicus. Petrus Petri. Laurentius Basoin. Dominicus Moçarave. Martinus Crispo. Johannes Saturnini fecit.

cim collacios in illis solaribus populatis, in quibus tempore avi mei regis Aldefonsi extiterant populati, quos illius condicionis et illius fori esse precipio, cuiusmodi habent esse secundum quod continetur in carta fori quam habent cum ecclesia Burgensi; ita tamen quod in istis tredecim collaciis nullus de pectariis meis qui sunt in Collar recipiatur. Absolvo etiam sepe dictos tredecim collacios ab omni pecto, petito, posta, fazendera, fonsado, fonsadera et omni negocio, gravamine et tributo. (Vol. 71, n°s 26 y 128.)

124.

Juan Sebastiánéz cede a Fernando González, canónigo de Burgos, una viña a cambio de una parte de solar en Corral de D. Gonzalo de Santa Cruz, y dieciséis maravedís. — Junio de 1158.

(Vol. 70, nº 188.)

In Dei nomine. — Ego Johannes Sebastianez facio cambium cum te Ferrando Gonsalvez canonico de tota mea vinea quam habeo ad illum othero de Sancto Christoforo, ad latus de Dominico, filio Ovenne, et de Jordan Marin et de Johan Dominget et de Juliano et de Dominico Moçarave, per unam passatam de terra in corral de domno Gundissalvo de Sancta Cruz, cum intrada et exida et insuper XVI mor., et sum de illis pagado. Quicumque hoc cambium infringere voluerit, in coto regi Sanctio C. mor. persolvat, et tibi Ferrando illo camio dupplato vel meliorato in simile loco restituat. Facta carta mense junii in era M^a C^a XC^a VI^a, regnante rege Sanctio in Toletum et in Castella et in Nazara et usque ad Sanctum Facundum. Unde sunt testes: Martinus Munioz. Petrus Redondo, molinero. Michael Palmero. Petrus Didaci. Petrus Carne Cocha. Petrus fornero. Johannes Saturnini fecit.

125.

Alfonso VIII ratifica a la catedral de Burgos la donación de la infanta doña Sancha, en la cual cedía sus palacios en la ciudad con sus dependencias y bienes, y la villa de Cardeñadijo con sus vasallos y cuanto en ella pertenecía a la infanta. — Noviembre de 1159.

(Vol. 27, fol. 117, orig.; vol. 71, n° 159; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n° 24; SOTA, «Príncipes», escrit. n° 38.)

† XPS. AG. — In nomine sanctę et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. — Quoniam piorum ac catholicorum regum est sanctam Dei ęcclesiam diligere, etc. Eapropter ego rex Adefonsus, Dei gratia rex Castelle, domni Sancii bone memorie famosissimi Hyspaniarum regis filius, facio cartam donationis, confirmationis, roborationis et textum scripture valiturum in perpetuum Deo et ęcclesie Beatę Marie Burgis et vobis episcopo domno Petro et omnibus canonicis Deo et beate Marie servientibus, tam presentibus quam futuris, pro remissione animarum parentum meorum, videlicet imperatoris avi mei et patris et matris mee et de mea tia infantissa domna Sancia bone memorie, concedo illud donum quod dedit infantissa domna Sancia mea tia Burgensi ęcclesie, scilicet, palatios que sunt in civitate cum omnibus pertinentiis suis, cum solaribus populatis et dispopulatis, molendinis, terris, vineis, cultis et incultis, et villam quam vocitant Cardennadiio ¹ cum omnibus pertinentiis suis que pertinent ad supradictum donativum, videlicet, cum collacis, populatis et populandis, mon-

¹ Según la bula de Alejandro III, que va más adelante, la villa dada por la infanta Sancha no era Cardeñadijo, sino Cardeñuela; el Cardeñuela de Valzalamio, en tierra de Muñó y Villamayor de los Montes, quizá corresponda al Cardeñadijo de esta escritura (*Cart. de Covarrubias*, p. 90).

tibus, terris, aquis, molendinis, pratis, pascuis, vineis, ingressibus et regressibus. Si quis vero ex meo genere vel alieno hoc meum factum et donatione ausu temerario infringere voluerit, sit maledictus a Deo et excommunicatus, et cum Juda traditore in inferno dampnatus.

Facta carta mense novembrio sub era M^a C^a XC^a VII^a. Ego Adefonsus rex Castelle, hanc cartam quam fieri iussi meo proprio robore confirmo. † SIGNUM REGIS ADEFONSIS.—
 1^a col. Garsia Garsieg, cf. Comes Amalricus, cf. Comes Lupo, cf. Guterrius Ferrandig, cf. Nunnus Petrig, cf. Alvarus Petrig, cf. — 2^a col. Gomez Gonzalveg, cf. Gundissalvus Roderici, cf. Fernandus Ruderici, cf. Alvarus Ruderici, cf. Petrus Ruderici, cf. Didacus Ferrandig, merinus Burgis, cf. —
 3^a col. Johannes Toletanus archiepiscopus, cf. Raimundus Palentinos eps., cf. Guillelmus Segoviensis eps., cf. Rudericus Calagurritanus eps., cf. Judices Burgis: domnus Matheus, ts. Johannes Dominici, ts. Fernandus Tellez, ts. Petrus Onfre, ts.

126.

García Garcíez y su mujer Sancha ceden al obispo de Burgos la parte que les corresponde en la alberguería u hospital de Tardajos, sometida a la catedral por la condesa doña Eva. — Diciembre de 1159.

(Vol. 36, fol. 1, orig.; SALAZAR, «Pruebas de la Casa de Lara», p. 623.)

† XPS. — Quoniam que proprio labore vel merito adquisimus et que hi nobis relinquunt, quorum labente temporum serie succedimus heredes, donandi libertas nobis conceditur, ego Garcia Garcíez, filius comitis Garcie bone memorie, simul cum uxore mea Sancia, pro remissione anime mee et pro animabus parentum meorum facio cartam donationis Deo et beate Marie semper virgini et vobis domno Petro, Burgensi episcopo, et canonicis ibidem Deo servientibus, tam

presentibus quam futuris, de parte mea illius hereditatis, videlicet, del albergeria de Oterdaios; sicuti mater mea ¹ et fratres mei dederunt sic concedo ego partem meam ab integro in omnibus locis que pertinent ad supradictam albergeriam, ita quod ut de hodierna die de meo iuro sit abrasa, et in vestro dominio sit tradita iure perpetuo. Si quis tamen meorum parentum vel alienorum hoc meum factum dirumpere voluerit, sit maledictus a Deo et excommunicatus ut Datan et Abiron, quos terra vivos absorbit, et in infernum cum Juda sentiat penas, et ad partem regis terre peccet in coto mille morabetinos, et quod invaserit duplet.

Facta carta mense decembrio era M^a C. LXXXXVII^a. Ego Garcia Garciez, simul cum uxore mea Sancia, hanc cartam fieri iussi et manu mea coram testibus roboravi, regnante domino nostro rege Ildefonso, filio regis Sancii, in Toletum et in Castella. Ego rex Ildefonsus, confirmo. — 1^a col. Ego comes Amalricus, cf. Ego don Nuno, cf. Ego don Alvaro, cf. Ego Garcia Ordonez, cf. Ego Ordon Peidrez, maiordomo de don Garcia, cf. Johanes Domingez, cf. Don Mathe, cf. Fernando Telez, cf. Toth conzeio de Burgos, cf. — 2^a col. Ego Gutier Fernandez, cf. Ego Gonzalvo Maranon, cf. Ego don Gomez, cf. Enego Peidrez, cf., et tot conzeio d'Oterdaios, cf. Ego Dionisius, cf. Ego Petrus Renald, cf. — 3^a col. Ego Diago Fernandez, cf. Ego Gonzalvo Padiela, cf. Ego Comdessa dona Elvira, cf. Ego dona Maria, ermana de la comdessa, cf. Ego Nun Munioz, cf. Ego Garcia Peidrez, cf. Ego Gonsalvo Peidrez de Pineda, cf. — 4^a col. Ego Guterrius, capellanus regis Ildefonsi, cf. Ego Johanes, notarius eiusdem regis, cf. Ego Martinus Genesii et Martinus Fanez, capellani domini Garciae, confirmamus.

¹ La condesa Eva, que antes de casar con D. Pedro de Lara, lo estuvo con el conde García (SALAZAR, *Casa de Lara*, t. I, p. 99). García Garciez se titulaba de Aza.

127.

El obispo D. Pedro vende a su cuñado y hermana María una casa, sita en el barrio de Santiago, de la ciudad, y cuyo valor monta ochenta maravedís de oro. — Abril de 1161.

(Vol. 70, nº 42.)

In Dei nomine. — Ego Petrus, Burgensis ecclesie episcopus, spontanea voluntate dono et vendo vobis domno Matheo alcalde, meo cunnato, et uxori vestre domne Marie, sorori mee, illam meam casam quam habeo in barrio Sancti Jacobi, allatus de illa casa de Guillelmo Martini, et ex omnibus aliis partibus viis discurrentibus; et accipio de vobis precium que michi et vobis placuit, id est, LXXX morb., et sum de illis pagado et complido. Quicumque hoc datum et hanc venditionem infringere vel retentare voluerit, habeat iram Dei et omnium sanctorum, et in coto regi Alfonso parvo CC. morb. persolvat etc. Facta carta mense aprilis, sub era M^a C^a XC^a VIII, Alfonso parvo regnante in omni regno patris sui Sanctii. Unde sunt testes: domnus Michael prior. Johannes Justi, archidiaconus. Petrus Mathei ¹, archidiaconus. Robertus, archidiaconus. Gundissalvus, sacrista. Johannes de Villa ayuda. Petrus Martini de Castro. Domnus Vermudus. Omnis conventus ecclesie confirmant. Petrus Martini, capiscol. Petrus Folcos. Johannes Saturnini, scripsit.

¹ Era sobrino del obispo, como hijo de su hermana María.

128.

El obispo Pedro cede a Antolín Moro y su mujer Isabel tres fincas rústicas en el Molino de la Bodega, al SOE. de la ciudad, a cambio de otra, sita en Valle de la Casa. — Enero de 1162.

(Vol. 70, nº 217.)

In Dei nomine. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis episcopus, cum omni conventu ecclesie facio cambium cum vobis Antonino Mauri et cum uxore vestra Helisabeth de tota mea terra quam habeo ad molinum de illa Bodega ad latus de vestro maiolo, et de mea alia terra quam habeo ad molinum de illa Bodega ad latus de vestro maiolo, et de mea alia terra quam habeo iuxta ipsam terram, et in summo et in fondon vias discurrentes; et accipio de vobis in cambium illam vestram terram quam habetis in valle de la casa, ad latus de illa terra de la opera de Sancto Johanne, et de Facundo et de Petro Petri et de Johanne Sebastianez, et insuper unas luuas in roboratione huius camii. Hoc camium firmum et stabile sit in secula seculorum amen. Quicumque hoc cambium, etc. Facta carta mense januarii in era M^a CC^a, Alfonso rege regnante in omni regno patris sui regis Sancti. Testes huius camii: Michael, prior. Petrus Mathei, archidiaconus. Marinus, archidiaconus. Petrus Oveccez, archidiaconus. Petrus Martini, capiscol. Gundissalvus, sacrista. Omnis conventus ecclesie confirmant. De laycis: Matheus, alcalde. Petrus Lambert. Fernandus Tellez, alcalde. Petrus Lambert (*sic*). Johannes Saturnini, exaravit.

129.

Alejandro III declara que el monasterio de Cardeña está sometido a la visita episcopal y a la recepción solemne del diocesano cuando regresase de la corte pontificia o de alguna expedición real, mientras no declare la curia papal si el monasterio está o no exento de dicha obligación. — Montpellier, julio 16 de 1162.

(Vol. 33, fol. 198, orig., con sello de plomo.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Burgensi episcopo, sal. et ap. b. — Dum tu pariter et dilectus filius noster abbas S. Petri Caredigne in nostra essetis presentia constituti, tu contra ipsum abbatem proposuisti quod in monasterio suo ius processionalis receptionis et procurationis haberes; ipse vero abbas monasterium suum ab omni tuo iure liberum esse respondit, asserens illud ad ius et proprietatem sacrosanctę Romane ecclesię specialiter pertinere. Cumque ad hoc probandum privilegium patris et predecessoris nostri, sanctę recordationis Pape Eugenii, nobis exhibuisset, nos ex tenore ipsius privilegii non potuimus plene cognoscere quod predictum monasterium tali debet libertate gaudere, et ipsius tandem abbatis confessione percepimus quod predecessores sui antecessorem tuum in processione susceperant et ei in procuratione providerant. Quod utique nichilominus est tibi quoque sei psum exhibuisse confessus.

Unde nos de communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, ut donec alie forte rationes appareant quibus prefatum monasterium ad ius et proprietatem beati Petri specialiter pertinere probetur, te a Sede Apostolica et ab expeditione regia redeuntem cum processione recipiat, et semel in anno tibi cum viginti equitaturis illuc eunti procurationem faciat, ita tamen quod hec constitutio nullum iuri

suo preiudicium pariat si aliquando, prout dictum est, aliquæ rationes appareant quibus ipsum monasterium ab huiusmodi honore probari posit immune. Datum apud Montem Pesianum XVII kalendas augusti.

130.

Alfonso VIII da al obispo de Burgos el monasterio de Santa María de Fresno, en territorio de Campóo, por el alma de sus abuelos y padres. — Burgos, enero de 1163.

(Vol. 29, fol. 1, orig., perg.)

† XPS. A^o. — In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. — Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare, et de bonis possessionibus suis in dominium et usum Deo servientium intuitu pietatis et misericordie transferre. Quapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Extremature, dono et concedo Deo et beate Marie et vobis domno Petro, Burgensis ecclesie episcopo, et successoribus vestris, pro anima avi mei et patris et matris necnon et parentum meorum et pro salute anime mee, unum monasterium in Fresno ¹, constructum in honore beate Marie; do, inquam, cum terris, pratis, pascuis, cum molendinis et piscariis, cultis et incultis, cum ingressibus et regressibus, ut habeatis et possideatis iam dictum monasterium de Fresno, quod est in Campon (*sic*), iure hereditario in perpetuum cum omnibus suis pertinenciis ubicumque fuerint. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si quis vero de proleie mea vel de extranea istam meam donationem temptare voluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus et cum Juda Domini traditore in inferno dampnatus, et insuper pectet in coto regie parti C^m libras auri purissimi, et vobis et succes-

¹ Fresno del Río, partido judicial y arciprestazgo de Reinosa.

sortibus vestris talem hereditatem duplatam in tali et simili loco.

Facta carta in Burgis in mense januarii era millesima ducentesima prima, regnante rege Aldefonso in Castella et in Naiera et in Extrematura et in Asturiis. Ego rex Aldefonsus, qui hanc cartam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM REGIS. — 1^a col. Johanes, Toletane sedis archiepiscopus, Yspaniarum primas, cf. Raimundus Palentinus eps., cf. Celebrunus Segontinus eps., cf. Rodericus Kalagurritanus eps., cf. Willelmus Secobiensis eps., cf. Sanccius Avilensis eps., cf. Johanes Oxomensis eps., cf. — 2^a col. Comez Amalricus, cf. Comez Nunnus, cf. Albarus Petriz, cf. Gomez Gonsalvez, cf. Gondisalvo Roiz, cf. Gonsalvo de Maranon, cf. Albarus Roiz de Gozman, cf.

Petrus Garciz, maior dompnus curie regis, cf. Rodericus Gonsalvez, alferiz regis, cf. Comitissa domna Elvira laudat et confirmat istam cartam quod tunc tenebat istam honorem. Raimundus notarius regis scripsit hanc cartam.

131.

Bula pancarta de Alejandro III, que ratifica los límites de la diócesis, las iglesias propias de la dignidad episcopal y del cabildo catedral, las villas de la propiedad de ambos y la exención de todo metropolitano. — Abadía de Deols, julio 19 de 1163.

(Vol. 18, fol. 23, orig., sin sello; vol. 71, n° 108; según esta última copia la publicó «E. S.», t. XXVI, p. 473.)

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro, Burgensi episcopo, eiusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum. — Cum ex iniuncto nobis a Deo apostolatus officio, quo cunctis Christi fidelibus auctore Domino preminemus, singulorum paci et tranquillitati debeamus intendere, presertim pro illorum quiete oportet nos esse

sollicitos qui pastorali dignitate sunt prediti et ad officium pontificale promoti et qui speciali prerogativa noscuntur ad ius Romane ecclesie pertinere; nisi enim nos eorum utilitatibus intendentes, ipsorum dignitates et iura in quantum Deo permittente possumus, integra conservemus, et auctoritate apostolica eos ab iniquorum hominum incursibus defendamus, de illorum salute non vere poterunt esse solliciti qui sibi ad regendum Domino sunt disponente commissi. Eapropter, venerabilis in Christo frater Petre, Burgensis episcopo, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam in qua auctore Deo preesse dinosceris, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti privilegio communimus. Preterea, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et rationabiliter possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et per vos eidem ecclesie illibata permaneant.

Statuimus preterea ut ea que infra hos terminos continentur, videlicet, a populationibus que sunt in Pirineis montibus donec perveniatur ad mare Oceanum, et totis Asturiis usque ad fluvium Deba qui descendit a supradictis montibus, et sicut discurrunt aque ad meridianam partem inter Mutave et Rotundum usque ad Pennam perforatam, sequente ibi fluvio qui dicitur Pisorga donec labitur in rivo Aslanza¹; et alia etiam omnia que ad ecclesie tue iurisdictionem pertinent tam in ecclesiis quam in aliis possessionibus, sicut eadem

¹ Según esto, la divisoria de la diócesis de Burgos, con respecto a la de Palencia, no era propiamente el río Pisuerga desde sus orígenes, sino el afluente del mismo, llamado río Prades, que nace, como el Pisuerga, en la cordillera Redondo, y pasando por San Martín de Perapertú y por Muda (Mutave), desemboca en el Pisuerga en Rueda de Río Pisuerga (Peñaforada). Desde aquí sigue la división por el río Pisuerga hasta su entrada en el Arlanza, cerca de Torquemada. En este sentido ha de corregirse la división de ambas diócesis, que en otra parte de esta obra hemos formulado.

hodie iuste et canonice possides, firma tibi tuisque successoribus perpetuo iure consistent.

In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ecclesiam S. Petri de Berlangas, ecclesiam Sancte Marie de Castro Suriz cum omnibus earum pertinentiis, ecclesiam S. Adriani ¹ in villa que dicitur Munio cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Quirici et ecclesiam S. Michaelis ² iuxta Agosin cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam Sancte Marie in Berbesica, ecclesiam Sancte Marie in Valleposita, ecclesiam Sancte Eulalie de Muciefar, ecclesiam Sancte Eufemie de Cozuelos, ecclesiam Sancte Marie de Sasamon, ecclesiam Sancte Marie de Belforath cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam S. Bartholomei ³, ecclesiam S. Fausti, ecclesiam S. Vincentii de Buezo, ecclesiam Sancte Marie de Valdemoro, ecclesiam S. Emiliani de Lara cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam S. Jenesii de Gama ⁴, ecclesiam S. Michaelis de Busto, ecclesiam Sancte Marie de Salas, ecclesiam S. Pelagii de Luzio ⁵, ecclesiam S. Martini de Cereso cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam S. Michaelis de Fronducea ⁶; ecclesiam S. Laurentii, ecclesiam S. Stephani, ecclesiam S. Jacobi, ecclesiam S. Nicolai, ecclesiam S. Romani, ecclesiam S. Egidii, ecclesiam S. Michaelis, ecclesiam S. Petri, ecclesiam Sancte Marie de Roccaboia, ecclesiam Sancte Agathe, ecclesiam S. Saturnini. Has undecim ecclesias in Burgensi civitate sitas cum omnibus earum pertinentiis.

Ecclesiam Sancte Marie de Auca, ecclesiam S. Petri de Campo, ecclesiam S. Michaelis de Mazorreru cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam S. Christofori de Villadidaco,

¹ San Adrián de Muño fué después de la casa de Villamayor y de Las Huelgas, sucesivamente.

² Eran dos iglesias, que constituían la colegiata de San Quirce.

³ San Bartolomé, cercana a Espinosilla de San Bartolomé, en Villadiego.

⁴ Gama, en el arciprestazgo de Villarán, partido judicial de Cervera de Río Pisuerga, lindando con la provincia de Burgos.

⁵ Estaba en Valdelucio, territorio de Los Ordejones, al N. de Villadiego; no existe ya.

⁶ La abadía de Foncea, en tierra de Arlanzón.

ecclesiam Sancte Columbe de Ulmielus, ecclesiam Sancte Marie de Prato ¹, ecclesiam Sancte Crucis de Ripa Hiberi cum earum pertinentiis; ecclesiam Sancte Leocadie de Egumnia ², ecclesiam S. Georgii de Torranzo, ecclesiam Sancte Marie de Muslera, ecclesiam Sancte Marie de Latas cum earum pertinentiis ³; ecclesiam S. Martini de Davala, ecclesiam S. Torquati de Castella Vetula, ecclesiam S. Martini de Porres, ecclesiam S. Michaelis de Toves, ecclesiam S. Michaelis de Pontecorvo, ecclesiam S. Johannis de Cucullata ⁴, ecclesiam Sancte Marie de Rivo Cavié ⁵, ecclesiam S. Mametis de Barbadello cum omnibus earum pertinentiis; ecclesiam S. Vicentii de Villa Gonzalvo cum pertinentiis suis. Jus quod habes in monasteriis Oniensi, Caradigne, S. Petri de Aslanz et S. Christophori de Evea et in aliis monasteriis Burgensis episcopatus que ad tuam iurisdictionem pertinent.

Ex dono bone memorie Sancii, quondam illustris hispaniorum regis, villam que dicitur Quintana Donnas, Villamericii ⁶ et Bascontillos ⁷ et hereditatem que est in Platano. Ex dono pie recordationis regis Ildefonsi decimam partem omnium reddituum quos Burgis habebat, hospitalem domum cum omnibus hereditatibus suis: villam que dicitur Archos, Villas Isidori, villam que dicitur Castellanos et Rave; Villam Otorum, Villam Adiudam et Ripiellam, et in Rivo de Cavia aliam Ripiellam cum suo alfoz et terminis ac perti-

¹ Valdeprado, en el arciprestazgo de su nombre (Reinosa), cuya iglesia parroquial lleva la advocación de Santa María.

² Corresponde a Bostranizo, en Valdegüña, y fué antes pertenencia del priorato de San Román de Moroso, anejado a Silos en 1119 por la reina Urraca (*Cart. de Silos*, p. 44).

³ Sitadas en Trasmiera: Santa María de Latas era parroquial de Loredó y Somo; existían dos Muslera: una en Guarnizo y otra cerca de Potejos. Latas y Muslera fueron cedidas en 1407 a los jerónimos de Hoz, que después se trasladaron a Corbán.

⁴ Estaba entre Villatoro y Villimar.

⁵ Rucabía, entre Arcos y Villariezo, hoy despoblado.

⁶ Villariezo; la bula añadió una *M* a *Ericii* que es el verdadero nombre.

⁷ Basconcillos de Muñó, hoy granja.

nentiis suis; hereditatem de Villa Armentarii et aliam hereditatem de Villanova, et Villam Orob cum suis terminis. Ex dono Sancie infantisse villam que dicitur Cardenola et quidquid Burgis habebat, domos, agros, vineas, hortos, molendinos, colazos. Ex dono Garsie villam que dicitur Paramo; ex dono Petri Carrielli medietatem unius ville que dicitur Arraia ¹.

Ad exemplar quoque predecessoris nostri sancte recordationis Paschalis Pape apostolica auctoritate statuimus ut tam tu quam successores tui nulli metropolitano nisi Romano Pontifici sint subiecti; et omnes qui tibi in eadem sede successerint per manum Romani Pontificis tanquam speciales Romane sedis suffraganei consecrentur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva nimirum Sedis Apostolice auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore Dei ac sanguine Redemptoris Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen, amen.

Rueda: Vias tuas Domine demonstra michi. — Alexander PP. III. — S. Petrus. — S. Paulus. — BENEVALETE. — Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, ss. Gualterius Albanensis eps., ss. Ego Hubaldus Hostiensis eps., ss. Ego Ber-

¹ Arraya, en Montes de Oca, cerca de Barrios de Colina.

nardus Portuensis et Sancte Rufine eps., ss. Ego Hubaldus presbiter Cardinalis, tt. Sancte Crucis in Jerusalem, ss. Ego Henricus presbiter Card., tt. Sanctorum Nerei et Achillei, ss. Ego Johannes presbiter Card., tt. Sancte Anastasie, ss. Ego Albertus presbiter Card., tt. S. Laurentii in Lucina, ss. Ego Guillelmus presbiter Card., tt. S. Petri ad Vincula, ss. Ego Oddo diaconus Card. S. Nicolai in carcere Tulliano, ss. Ego Ardicio diaconus Card. S. Theodori, ss. Ego Bosso diaconus Card. Sanctorum Cosme et Damiani, ss. Ego Cinthius diaconus Card. S. Adriani, ss. Ego Petrus diaconus Card. S. Eustachii iuxta templum Agrippe, ss. Ego Johannes diaconus Card. Sancte Marie in Porticu, ss. Ego Manfredus diaconus Card. S. Georgii ad velum aureum, ss.

Datum apud Dolense monasterium per manum Hermani S. R. E. subdiachoni et notarii, XIV kalendas augusti, indictione XI, Incarnationis Dominice anno M. C. LXIII, Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III anno quarto.

132.

La condesa Ermesenda da al obispo de Burgos y su cabildo, para dotar un aniversario por sí y por su esposo el conde Manrique, la villa de Madrigal del Monte con sus habitantes y derecho de señorío. — Agosto 14 de 1164.

(Vol. 70, n° 1; vol. 24, fol. 5, copia del siglo XVIII; SOTA, «Príncipes», escrit. n° 44; SALAZAR, «Pruebas», p. 10.)

In nomine sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. — Quoniam piorum atque catholicorum hominum est sanctam Dei ecclesiam diligere et ecclesiasticas personas honorare, atque eis grata suffragia verbo et opere conferre ut omnipotens Deus eis temporalia augmentet in terris et eterna feliciter largiatur in celis, quatinus per opera misericordie et sine intermissione valeant placere sine quo nec temporalia possunt obtinere neque

eterna adipisci; propterea ego Armesenda¹ cometissa Deo permittente, quondam uxor Almarrici comitis, una cum filiis meis, scilicet cum domno Almerrico et domno Petro atque domno Guillelmo et domna Maria et domna Sancia et domna Ermengard, spontanea voluntate facio cartam donationis, confirmationis, roborationis de illa villa que dicitur Madrigal²; et insuper facio textum scripture valiturum in perpetuum offerens supra nominatam villam Deo et ecclesie beate Marie Burgis et vobis domno Petro, gratia Dei episcopo, et successoribus vestris, atque omnibus canonicis Deo et, beate Marie deservientibus, tam presentibus quam futuris, pro remedio anime Almarrici comitis, mariti mei, et pro remissione peccatorum meorum ac parentum meorum, offerens dico pro anniversariis mariti mei et mei. Concedo illam villam supradictam cum omnibus pertinentiis suis que ad eam pertinent, videlicet, cum collacis, populatis et populandis, montibus, terris, vineis, aquis, molendinis, pratis, pascuis, ingressibus et regressibus. Si quis vero ex nostro genere vel alieno hoc meum factum et donationem ausu temerario infringere voluerit, sit maledictus a Deo et excommunicatus, et cum Juda traditore in inferno dampnatus.

Facta carta mense Augusto, XVIII^o kalendas septembris, sub era M^a CC^a II^a, regnante rege Aldefonso Burgis et in Castella et in Campos et in Estremadura. Huius rei sunt testes: Domnus Alvarus Petri, ts. Comes Nunus Petri, ts. Rodericus Petri, monachus, ts. Rodericus Ferdinandi, ts. Petrus Roderici, ts. Ordonius Garciez, ts. Domnus Gomez Gundissalvi, ts. Domnus Alvarus Roderici, ts. Petrus Roderici, ts. Ferdi-

¹ Sobre esta condesa véase SALAZAR, *Casa de Lara*, t. I, p. 124; *Pruebas*, p. 10; *Documentos de La Vid*, p. 138; MINGUELLA, *ob. cit.*, t. I, p. 391, escritura de 1153, en que ella y su marido dan a la catedral de Sigüenza, a Martín, abad de Silos y a Juan, abad de Oña, mancomunadamente, la villa de Coveta, cuyos habitantes no pagarán tributos sino a quien dichos propietarios señalaren, y serán exentos de contribuciones de guerra, castellería, etc.

² Madrigal del Monte; en su término municipal existían antiguamente los pueblos de Madrigal de Escobar, San Andrés de Escobar, San Andrés de Congosto y Mahamut.

nandus Roderici, ts. Antolinus Mauri, maiorinus, ts. Petrus Lamberti, ts. Domnus Matheus, ts. Domnus Dionisius, ts. Domnus Johannes Dominici, ts. Petrus Petri, ts. Ferdinandus Telli, ts. Domnus Roldan, ts. Petrus Offredi, ts. Pelagius scripsit.

133.

El obispo de Burgos, D. Pedro, y su cabildo catedral dan a Arnaldo, a su familia y los leprosos del hospital de Malatos una heredad cercana al puente del barrio de San Pedro, bajo condición de ser ellos y sus sucesores vasallos del obispo y cabildo, y satisfacer anualmente un carro de juncos la víspera de la Asunción. — Agosto de 1165.

(Vol. 53, fol. 681, orig., perg.)

In Dei nomine. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, cum consensu et voluntate omnium canonicorum eiusdem ecclesie, pro remissione peccatorum nostrorum donamus et concedimus tibi Arnaldo et posteris tuis et omnibus leprosis, extra Burgensem civitatem conmorantibus, illam terram quam abemus in barrio S. Petri, iuxta pontem, tali videlicet pacto ut sitis nostri homines tam vos quam successores vestri, et detis pro annuo censu unam mostelam de iuncos¹ in vigilia Assumptionis Sancte Marie. Et hoc facimus cum consilio et voluntate domni Didaci Fernandi et uxoris sue, quibus dederamus supradictam terram in vita eorum. Facta carta mense Augusti in era MCCIII, regnante Alfonso in Castella et Estremadura. Huius rei testes: Domnus Michael, prior. Domnus Martinus, archidiaconus. Domnus Ardericus, archidiaconus. Domnus Pe-

¹ Un carro de espadañas, dice el vol. 53, fol. 654, que se daba aún en el siglo XVI.

trus Mathei, archidiaconus. Domnus Petrus Martini, capicol. Domnus Gundissalvus, sacrista. Domnus Gundissalvus de Sancta Cruce. Domnus Johanes Dominici, capellanus. Domnus Gundissalvus S. Stefani. Domnus Fernandus Gonsalvez; totus conventus ecclesie confirmat. Johannes Saturnini fecit ¹.

134.

Pedro Rodríguez empeña al obispo de Burgos, por doscientos maravedís, las casas que cita, sitas en varios lugares de tierra de Villarcayo, estableciendo que si él, o sus hijos, o los parientes que nombra no cancelaren el empeño devolviendo esta cantidad, pasarán dichas casas a la propiedad del obispo. — Marzo de 1166.

(Vol. 29, fol. 330, orig.; SALAZAR, «Pruebas», p. 658.)

In Dei nomine. — Ego domus (*sic*) Petrus Ruderici, filius comitis Ruderici Gonsalvez ², supignoro vobis domno Petro Burgensi episcopo vestrisque successoribus illos meos solares quos abeo in Zorita ³ et in Elzinillas ⁴ et in Bizuezes ⁵

¹ Otra forma de adquisición de vasallaje, bastante parecida a la de esta escritura, encontramos en la donación que el cabildo catedral hizo en 1227 a doña Sancha y sus hijos otorgándoles *quod faciatis domum in Villa Othoro* (Villatoro) *tali pacto quod vos et omnis homo quicumque possederit domum illam, dent nobis II sol. in servicio unaqueque anno, marcii mense, et sit semper vasallus Burgensis capituli* (vol. 70, n° 23).

² Pedro Rodríguez o Ruiz, hijo del conde Rodrigo González de Lara y doña Sancha, hija de Alfonso VI. No tuvo sucesión, y titulábase en las escrituras del tiempo: hijo del conde (SALAZAR, *Casa de Lara*, t. III, p. 253).

³ Parece estaba en tierra de Villarcayo, pero no existe ya.

⁴ Encinillas, al S. de Villarcayo.

⁵ Visjueces, lindante con el anterior.

et in illa Riba ¹ et in Villa Lazara ² et in Trioiva ³ et in Lezinnana ⁴ et in Campdonad ⁵ et in Lezana ⁶, istos solares populatos et heremos supignoro vobis illos cum omni hereditate sua et cum omnibus suis pertinentiis, cum terris et vineis, cultis et incultis, cum montibus et fontibus, cum molendinis et pratis et pascuis, cum exitibus et regressibus; et accipio de manu vestra pro ista supignoratione quam vobis facio CC. morabitanos. Ego vero Petrus Ruderici tale pactum facio cum vobis supradicto episcopo et cum successoribus vestris quod quando potero vobis reddere CC. morabitanos derecureros de dare et accipere, libera sit mea hereditas et reddat ad meum ius et ad meam possessionem. Item facio pactum si contigerit me filios abere vel filias eodem modo reddant vobis vel successoribus vestris predictam peccuniam; et si ego sine prole decessero, Petrus Martinez et Gomez Martinez et Segundia Martinez reddant vobis et successoribus vestris sepe dictam peccuniam. Item si isti cognominati consanguinei prius obierint quam hereditas mea sit liberata a supignoratione ista, cedat in proprium ius Burgensis ecclesie ut sit eius hereditas in perpetuum.

Facta carta supignorationis mense marcii sub era M^a CC^a IV^a. Huius supignorationis testes: Nunnus Diaz de Alvillos. Petrus Martinez el mancebo de Castella Vella. Garsia Gonsalvez de Sotoscueva. Enecho Lopez de la Cercha, filius de Lop Xemenez. Didacus Pantilan de Campo. Rudericus Martinez de Ovirna. Petrus Martinez de Manziles. Ordonius Belaschez de Rio de Oga. Petrus de Medietate. Johanes Mathei. Roger del Olmo. Gualter Alesmes. Johannes Sanchez, aio de Petro Ruderici. Johanes Saturnini fecit.

Per talem convenientiam recepimus domnus Petrus illam supradictam supignorationem ut quod exierit de illis here-

¹ La Riba, en el distrito de Villarias.

² Villalázara, en Montija.

³ Desconocemos su situación.

⁴ Lecifñana de Mena.

⁵ No existe.

⁶ Lezana de Mená.

ditatibus distaliet quousque se integret de illis CC. morabetinis. Testes: Petrus Martini, prior. Marinus, archidiaconus. Aldericus, archidiaconus. Martinus, capellanus. Belasius. Fernandus Fernandez. Dominicus, abbas de Franducea. Jacob.

135.

Pedro Rodríguez empeña al obispo de Burgos la propiedad de Huérmeces por seiscientos maravedís, bajo condición que no desempeñándola en vida, la mitad de dicha propiedad sea del obispo, y la otra mitad de doña María de Almenar si satisficiera al obispo trescientos maravedís. — Año 1166?

(Vol. 29, fol. 272, orig.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Petrus Ruderici, filius comiti Ruderici, una cum consensu et voluntate reptis mœe Marię de Almenar, de tota illa hereditate quam cum ipsa habeo in Gormezes facio cartam supignorationis vobis domino meo Petro Burgensi episcopo pro DC. morabetinis quos a vobis suscepi et fuerunt ipsi morabetini boni auri et boni ponderis. Hanc supignorationem eo pacto vobis facio, ut si antequam hanc pecuniam vobis persolvere possim ab hac luce subtractus fuerim, medietatem ipsius hereditatis tam vos quam successores vestri iure hereditario in perpetuum possideatis; reliquam medietatem que ad domna Maria de Almenar expectare dinoscitur CCC. morabetinis ab ea Burgensi episcopo persolutis liberam et quietam in pace persolvat. Huius rei testes: domnus Lupus Diaz de Mena. Martinus Lopez Ve. Gomez Martinez. Petrus Martinez Manzebo. Fredinandus Pardus. Gundissalvus Petrez de Siones. Petrus Martinez de Manziles. Petrus Xemenes de Naiara. Ruderico Xemenes,

fratre suo. Petruch, nepos episcopi Calagurritani. Martinus, capellanus. Petrus Ruderici. Julianus Naiarensis, diaconus. Galter Alesmes. Paulus fecit.

136.

Alfonso VIII da al cabildo catedral de Burgos la villa y señorío de Quintanilla, cercana a Quintanadueñas y Villagonzalo de Arenas. — Burgos, abril 26 de 1166.

(Vol. 32, fol. 243, orig.; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 18.)

† XPS. Aω. — In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen. — Decet regiam potestatem aliquem sibi bene et fideliter servientem donis remunerare, et de bonis et possessionibus suis in dominium et usum Deo serviencium intuitu pietatis et misericordie transferre. Quapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Extremature, do Deo et beate Marie Burgensis ecclesie atque canonicis ibidem Deo servientibus villam que vocatur Quintanella ¹, et est circa Quintanadueñas et circa Villam Gonsalbo ² et ex alia parte Villa Scidero ³, cum terris et vineis, cum pratis et paschuis, cum molendinis et pischariis, cultis et incultis, cum ingressibus et regressibus et cum universis que ad eam spectare cognosci poterunt; dono inquam supradictam villam ut habeatis et possideatis eam iure hereditario in perpetuum. Et hoc meum factum semper sit firmum. Si quis vero de proienie mea vel de extranea istam meam donationem temptare voluerit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Juda Domini traditore in inferno dampnatus, et insuper pectet in coto regie parti centum libras auri purissimi, et ecclesie Burgensi talem hereditatem in consimili loco duplicata.

¹ No existe ya.

² Villagonzalo de Arenas.

³ Villa Cesero.

Facta quarta (*sic*) Burgis sexto kalendas maii era millesima ducentessima quarta, regnante rege Aldefonso in Castella et in Extrematura et in Naiera et in Asturiis. Ego rex Aldefonsus qui hanc cartam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM REGIS ALDEFONSI. — 1^a col. Johanes Tolethane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, cf. Celebrunus Segontinus eps., cf. Raimundus Palentinus eps., cf. Sancius Abulensis eps., cf. Rodericus Calagurritanus eps., cf. Johanes Oxomensis eps., cf. Willelmus Secobiensis eps., cf. Petrus Garciz, maiordompnus curie regis, cf. Rodericus Gonsalvez, alferiz regis, cf. — 2^a col. Comes Nunnus, cf. Comes Lupus, cf. Albārus Petriz, cf. Gomez Gonsalbez, cf. Gondisalvo Roderiguez, cf. Petrus Malrric, cf. Roderico Roderiguez, cf. Gomez Garciz, cf. Roderico Guterrez, cf. Antonino Mauro, maiorinus in Burgis. Raimundus, notarius regis scripsit hanc cartam.

137.

El prior de San Isidro de Dueñas cede al obispo de Burgos y su cabildo una casa, sita en el barrio de San Nicolás, a cambio de otra en barrio de Santa María, ambos de la ciudad. — Enero 13 de 1167.

(Vol. 70, n° 6.)

Utilis hec inolevit consuetudo ut ea que inter homines contrahuntur scripto commendentur; aufert siquidem scriptura occasionem litigandi, et res que per antiquitatem, oblivionis matrem, veniret in dubium, lecta pagina cercioratur. Huius itaque rationis prospectu, ne aliquando factum nostrum indubium veniat et successoribus nostris litigandi occasionem afferat, ego Humbertus, ecclesie Sancti Ysidori¹ prior, et monachi eiusdem ecclesie, facimus Burgensi sedi

¹ Monasterio de San Isidro de Dueñas, de la Orden de Cluny.

Sancte Marie scriptum concambii cuiusdam domus nostre quam habemus Burgis in vico Sancti Nicholai, allatus eiusdem ecclesie ex una parte, et ex alia parte allatus domni Marini archidioconi, que fuit domne Orie, et inferiori parte est via regia qua venit a Sancto Stephano ad ecclesiam beate Marie. Hanc inquam domum cambiamus cum domno Petro, Burgensis ecclesie episcopo, et cum canonicis eiusdem ecclesie, donantes eam Burgensi sedi beate Marie, pro domo illa quam ipsi habent in vico Sancte Marie, et est fundata ex una parte ad latus domus Johannis Nicholai et ex alia parte domus de Moharrach, et habet a superiori parte strata qua itur ad Sanctum Jacobum, et ex reliqua parte viam qua venit a Sancto Laurentio ad ecclesiam beate Marie. Hoc sane concambium facimus non aliqua cupiditate sed providentes utriusque ecclesie utilitati, hoc in pacto retento ut si quis inquietare possessionem domus quam eis assignamus ut habeant et possideant iure hereditario in perpetuum, voluerit, nos eum ab omni inquietatione illius possessionis removeamus. Ut hoc autem concambium nostrum stabile sit et firmum, propriis manibus presentis pagine corroboramus scriptum.

Facta carta mense januario, idus eiusdem mensis, in era M^a CC^a V^a, regnante rege Ildefonso Toleti, Burgis et in omni regno patris sui. Domnus Petrus eps., cf. Domnus Petrus, prior, cf. Domnus Marinus, archidiaconus, cf. Dompnus Petrus Oveci, archidiaconus, cf. Domnus Gundissalvus, cantor, cf. Domnus Dominicus, archidiaconus, cf. Totus conventus Burgensis ecclesie, cf. Domnus Humbertus, prior Sancti Ysidori, cf. Domnus Rollandus, subprior, cf. Domnus Fernandus, cellerarius, cf. Humbertus, sacrista, cf. Acardus, cf. Fernandus, minor cellerarius, cf. Totus conventus Sancti Ysidori, cf. Fernandus Telliz, alcalde, cf. Antoninus Moro, ts. Guillelmus Randol, ts. Elias de Chastel, ts. Martinus Johannis, ts. Simeon, presbiter Sancti Ysidori, ts. Jacobus, presbiter Sancti Ysidori, ts. Ogerius, presbiter Sancte Cecilie, ts. Gundissalvus Miro et Garsias Martini, ts. Paulus, scripsit.

138.

Don Álvaro Ruiz de Mansilla y sus hermanos ceden su propiedad en Vega de San Miguel a Pedro Domínguez, con el fin de premiar sus servicios. — Noviembre de 1167.

(Vol. 70, n.º 214.)

Sub Christi nomine. — Ego domnus Albarus de Maxella cum fratribus meis videlicet Petrus Roderici, Fernandus Roderici, Urraca Royz, Sanctia Royz, Maria Royz, Theresa Royz, omnes insimul spontanea voluntate donamus et concedimus tibi Petro Dominici totam nostram propriam hereditatem quam habemus in Bega de Sancto Michaeli, que iacet inter Madrigal et Turre Dadigo ¹, scilicet, terras, casas, vineas, ortos, pratos, molinos, rivis, fontes, montes, cum exitu et regressu ab omni integritate ubi inveneris eum; et hoc damus tibi pro servicio quod nobis fecisti et cotidie facis, et habeas eum iure hereditario in perpetuum et tu et omnis generatio tua; et accepimus de te in roboratione istius dati unas luas. Quicumque hoc scriptum, etc. Facta carta mense novembris in era M^a CC^a V^a, regnante rege Alfonso in Burgis et in regno suo. Huius rei sunt testes: Gonzalvo Diaz. Rodericus Petriz de Bustillo. Munio Tellez. Garsia Ferradez. Petrus Gutierrez, filio de Garedo. Gonzalvo Albarez. Martin Cativo. Pelayo Royz. Garsia Descanno, canonico. Albarus Lopez de Salarçar et frater eius Garcia. Dominicus Pasqual. Garsia Cunnato. Johannes Dominínguez umadero. Stephanus Bove. Dominicus Martini. Dominicus Crispo. Johannes, filius Petri Gomez. Paulus, fecit.

¹ Tornadijo del Monte.

139.

Pedro Rodríguez establece en la catedral de Burgos una capellanía, a la cual impone la obligación de cantar diariamente el Oficio de Difuntos por su alma; dóta la con su propiedad en varios pueblos del alfoz de Cudeyo. — Febrero 23 de 1168.

(Vol. 20, fol. 315, orig.; SALAZAR, «Pruebas», p. 658.)

† XPS. Aω. — Veritatis testimonio edocemur ut nobis amicos de bonis nostris faciamus, quatinus cum propriis defecerimus, eorum suffragantibus meritis in æternis tabernaculis recipiamur. Quapropter ego Petrus Roderici, comitis Roderici filius, me ipsum recognoscens meritis insufficientem ad obtinendum Dei regnum, quasdam hereditates quas in Asturiis habeo pro remedio anime mee Burgensi ecclesie et omnibus ibidem Deo servientibus, et tibi Petro episcopo et omnibus successoribus tuis dono atque concedo, quatinus vestris precibus, orationibus, meritis adiutus, in die iusti examinis a sanctorum collegio non inveniar alienus. Omnes itaque meas hereditates quas habeo in alfoz de Cudeio, videlicet, casas meas quas habeo in Bedia cum sua hereditate, et partem quam habeo in monasterio Bedie cum sua ecclesia, et quascumque hereditates habeo in Bedia, populatas sive heremas, et quascumque hereditates ibidem supignoratas habeo, et quicquid habeo in Felechas, omnes hereditates quas habeo in Ambuxo, populatas sive eremas, et quascumque hereditates ibidem supignoratas habeo, omnes hereditates quas habeo in Muslera, populatas sive eremas, et omnes hereditates quas habeo in Ponteios, populatas sive eremas, et omnes meas hereditates quas habeo in Gaiano populatas sive heremas, cum parte quam habeo in monasterio de Gaiano¹, et quascumque hereditates ibidem supignoratas habeo.

¹ Estos pueblos son: Vedia, Elechas, Ambojo, Muslera, Gajano y Ponteijos a vista de Santander. Elechas y Ambojo son barrios del

Omnes istas prenominatas hereditates proprias sive sup-
pignoratas, et prescriptas partes monasteriorum cum omni-
bus ad ea pertinentibus, videlicet cum montibus, fontibus,
pratis, rivis, pascuis, defesis et cum universis spectantibus
ad prescriptas hereditates, in remissionem peccatorum meo-
rum offero Deo et Burgensi ecclesie Sanctę Marie et omnibus
in ea Deo servantibus, tibi Petro Burgensi episcopo et om-
nibus successoribus tuis, ut habeatis et possideatis ea iure
perpetuo in sempiternum, hoc pacto ut in ecclesia Burgen-
si sacerdotem constituatis qui singulis diebus in remissionem
peccatorum meorum, defunctorum decantet officia, ex-
ceptis sollempnitatibus sanctorum, in quibus dormientium
celebrare obsequia non est concessum. Si quis autem de pro-
genie mea vel de aliena hoc meum factum infringere atemp-
taverit, sit maledictus et excommunicatus, atque cum Juda
proditore in inferno condemnatus, et prenominatas heredi-
tates det Burgensi ecclesie in consimili vel meliori loco dup-
platas, et in cauto regi terre puri auri M. libras persolvat.

Facta carta mense febroarii VII kalendas marcii, era
M^a CC^a VI^a, regnante rege Ildefonso Toleti, Burgis et in
omni regno patris sui regis Sancii. Ego Petrus Ruderici,
filius comitis Ruderici, qui hanc cartam fieri iussi, propria
manu eam corroboravi, atque adstantibus testibus ad corro-
borandum tradidi. Huius autem donationis testes sunt. —
1^a col. Gonzalvo Pediella, cf. Petrus Gonzalvez de Mangane-
ses, cf. Rabinad, cf. Petrus Felguera, cf. Petrus Nunnez, cf.
Martinus Cardenna, cf. Johanes Sanchez, cf. Martinus Stefa-
nez de Gaiano, cf. — 2^a col. Johanes, Abbas de Villamaio-
re, ts. Dominicus Ferrandez, ts. Johanes Mathei, ts. Guillem
Randol, ts. Galter Alesmes, ts. Johanes Malcriatus, ts. Alme-
ricus, ts. Dominicus Laurentii, ts. — 3^a col. Petrus Sanchez
de Oteo, ts. Didacus Michaellez de Toranzo, ts. Pelagius Pe-
trez de Campos, ts. Johanes Petrez de Covarrubias, ts. Pau-
lus fecit hanc cartam.

mismo lugar; Vedia es la iglesia de San Bartolomé, destruída en
1911, que sirvió de iglesia al barrio de Elechas; la iglesia de Ponte-
jos fué dependiente de San Martín de Elines.

140.

Fueros de la villa de Madrigal del Monte, otorgados por el obispo y cabildo catedral de Burgos con aprobación del rey. — Marzo 4 de 1168.

(Vol. 24, fol. 6, copia de 1702; LLORENTE, «Provincias Vascongadas», t. IV, p. 180, que la copió del tomo II de la «Colección Diplomática del doctor Marina.»)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, cum consensu et voluntate canonicorum eiusdem ecclesie dono et concedo vobis hominibus illam villam que dicitur Madrigal ad populandum cum omnibus pertinentiis suis et cum meis propriis sernis et cum montibus et cum omnibus que ad villam predictam pertinent; dono vobis villam que dicitur Mafomad ¹ in adiutorium populationis suprascripte ville cum omnibus pertinentiis suis, extra illam defesam de Negredo ². In ipsa eadem defesa dono vobis tale forum ut unusquisque populator habeat illud quod opus habuerit ad faciendam domum et ad omnia alia necessaria, et non habeant potestatem dandi vel vendendi ad alium aliquem hominem. Sub tali etiam pactu et confirmatione concedo vobis populatoribus illas supradictas villas, ut vos et filii vestri et omnis generatio vestra post vos habeatis illas iure hereditario semper post anno transacto populationis.

Dono vobis hoc forum et unusquisque vestrum, si necessitas fuerit, habeatis licentiam vendendi, dandi vel subpignorandi cuicumque volueritis qui teneat vicinitatem ville. Dono etiam vobis aliud forum ut nullus clericus vel laicus nec femina pectet manneriam nec faciat fossaderam nec ser-

¹ Desconocemos la situación precisa de este pueblo, aunque como ya queda dicho en otro documento, lindaba con Madrigal.

² El coto de Negredo, en términos de Cubillo del Campo.

nam; et de montadgo quod accidit in montibus, et defesis quas feceritis, de coneios medietatem vobis per forum concedo, aliam medietatem michi et successoribus meis semper date. Et vobis mecum et cum successoribus meis semper per singulos annos ponite et tollite iudicem et alcaldem.

De omicidiis et de calumniis et de liboribus que acciderint in villa, medietatem per forum persolvo, aliam medietatem sit michi et successoribus meis. Et livores quos apreciati non fuerint non pectantur, et si conquereutes non dederint, non respondeant. Et si hominem mortuum inventum fuerit in omni termino vestro, non pectetis pro eo homicidio. Latro qui cum furto fuerit captus, sit suspensus sine calumnia. Si vero invento mortuo, ego sive successores mei de aliquo vestrum suspicionem habuero utrum illum occiderit sive occisum in terminum huius ville aliunde adduxerit, si negatur coram sex vicinis directureris, purgetur. De violata muliere, sive de illa que per eum oppressa fuerit, forum omicidii, ut suprascriptum est, habeat. Si aliquis ab aliqua re inanimata interfectus fuerit, seu ceciderit de aliqua altitudine sive in planitie sive in flumine, non pectetur. Si aliquis interfectus fuerit a cane vel a bobe vel ab aliqua bestia, dominus, cuius fuerit bestia deferat eam ante iudicem, et det ei cum tribus testibus; si autem noluerit eam recipere, non respondeat ei amplius.

Si aliquis falsum testimonium iuraverit, et cum tribus vicinis testificatum fuerit quod falsum testimonium iurat, perdat omnia que habet mobile, et censum habeat dominus, et omnem hereditatem suam habeant vicini eiusdem ville. Si aliquis pro aliqua demandanza vel pro aliqua calumnia iurare debuerit, iuret per se ipsum usque ad decem solidos, inde desuper iuret cum uno ex vicinis suis.

Istos foros concedo vobis ut semper per singulos annos in festo S. Martini persolvatis mihi et successoribus meis in infurctionem singulos almudes de trigo et duos de ordeo et tres octavillas de vino et singulos arietes duorum dentium aut singulos tocinos bonos medianos.

Ego Ildefonsus, Dei gratia Hispanorum rex, hoc factum et omnes istos foros, quos domnus Petrus, Burgensis episco-

pus, illis hominibus de Madrigal donavit, laudo et concedo, et hanc cartam, quam ab eo verasciter recognosco factam, proprio robore confirmo et roboro, et ei hoc signum crucis † manu mea impono. Petrus, regis notarius, iussu regis eisdem hoc interscripsit.

Facta carta IV nonas martii era MCCVI, regnante rege Aldefonso in Toletó, in Extremadura, in Castella et in omni regno patris sui. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, qui hanc cartam fieri iussi, propria manu roboravi coram testes. Domnus Petrus, cf. D. Martinus archidiaconus, ts., cf. D. Dominicus Abbas S. Michaelis de Frannuncea, qui supradictam villam populavit sub dominio episcopi, ts., cf. D. Dominicus archidiaconus, ts., cf. D. Gundissalvus Nicholai, cantor, ts., cf. Petrus de Moral, ts., cf. Petrus Martinez de Castro, ts., cf. Ferdinandus Martini, ts., cf. D. Simon, ts., cf. Dominicus Petri, ts., cf. D. Gundissalvus, sacrista, ts., cf. Ferdinandus Gundissalvus, maiordomus, ts., cf. Petrus Johannis de Zorita, ts., cf. Rodericus Dominici, ts., cf. Didacus Lupi, ts., cf.

141.

Alfonso VIII otorga a Pedro Martínez, señor de Helines, las villas de Repentidos y Espinosilla en el alfoz de Ruanales. — Año 1168.

(«Arch. Colegiata de Aguilar de Campóo», copia del siglo XII, acaso posterior.)

† XPS. Ao. — In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. — Ego Adeffonsus, Dei gratia rex Castellanorum, bono animo, voluntate spontanea mea accessit, facio cartam donationis et confirmationis tibi Petro Martinez, domino de Felines, de villas meas proprias scilicet Repentidos et Spinosilla¹

¹ No existen ya estos pueblos.

que iacent in illa alfoz de Ravanales¹, cum omnibus eiusdem villas, terminis, cum ingressibus et egressibus suis, cum montibus et vallibus, cum aquis et rivis, cum ortis, terris, cum pratis et pascuis, cum omnibus directis et pertinentiis suis, et cum omnibus suis causis que michi in predictas villas iure regio pertinet ubicumque fuerint et invenire poteris. Predictas villas Spinosilla et Repentidos tali modo dono et concedo tibi Petro Martinez, domino de Felines, ut eas tu et filii tui et omnis generatio tua iure donationis in perpetuum possideatis, et totam vestram voluntatem de illis faciatis, vendatis, detis, dimittatis cuicumque volueritis. Hoc meum factum si quis de mea vel aliena gente disrumperit, anatema sit, et cum Juda traditore et Datan et Abiron quos vivos terra absorbit, variis cruciatibus apud inferos tormentetur nisi ad emendationem venerit; insuper pectet regi terre mille morabitanos et tibi Petro Martinez vel successoribus tuis hereditatem duplatam reddat et hec cartam (*sic*) firma remaneat.

Facta carta in S. Facundi die notu II feria quando rege Ferrandus Castroterra cercavit etprehendivit, in era M. C. Ducentesima VI, regnante rege Adefonsus in Castella. Ego Adefonsus rege iussi fieri hanc cartam anno quando in Secobia intrabi, et factam manu mea roboravi et meum signum scribere mandavi. † SIGNUM REGIS A. — 1^a col. Episcopus Petrus in Burgos, cf. Episcopus Remundus in Palentia, cf. Abbas de S. Facundi Gutier Gonzalvez, cf. — 2^a col. Petro Garciez, maiordomus, cf. Alvaro Petrez, cf. Comes don Nunno, cf. Alvaro Roiz, cf. Petro Roiz, cf. Ferrando Roiz, cf. Rodrigo Gutierrez, cf. Petro Gutierrez, cf. Lop Lopez, cf. Cidi, Bellidi, Anaia, testes. Remondus scripsit iussu magistri Hugonis cancellarii regis².

¹ Ruanales, lindante con el alfoz de Bricia.

² Nadie ha señalado este canceller de Alfonso VIII; por ende, podría sospecharse un error en la transcripción del nombre.

142.

Rodrigo González elige sepultura en la catedral de Burgos, si muriere en estado lego, y le cede sus bienes en los Carabeos, Citores del Páramo y Cañizar de los Ajos, reservando a sus hijos la parte que ya les corresponde en ellos; otórgale también la mitad de su propiedad en Sasamón, declarando que estas donaciones serán firmes aunque muriere en una Orden religiosa. — Septiembre 22 de 1168.

(Vol. 27, fol. 133, orig., partido en recto por A. B. C.; vol. 70, n.º 10; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 10.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Rudericus Gundisalvii ¹ pro remedio anime mee et parentum meorum, spontanea mea voluntate, dono et concedo Sancte Marie de Burgis et canonicis ibidem Deo servientibus meum proprium palatium que habeo in Caraveo ² cum terris, vineis, pratis, molendinis, ortis, irriguis, solaribus, cum exitibus et regressibus, et cum omnibus pertinentiis que ibi michi pertinent, ut iam dicti canonici iure hereditario habeant et possideant in perpetuum; et quicquid exinde provenierit in refectorio in necessitate ciborum expendatur, et in die obitus mei anniversarium michi faciant et refectionem habeant. Similiter dono et concedo Sancte Marie Burgensis se-

¹ Fué alférez de Sancho III y de Alfonso VIII; suelen apellidarle de Ceballos, pero no se puede fijar con certeza su familia, aunque consta estaba heredado en algunos pueblos de Burgos con la de los Laras (ALARCÓN, *Marqueses de Trociful*, p. 137); cesa su memoria desde 1172. Núñez de Castro (*Crónica*, p. 73), dice, apoyándose en esta escritura, que mandó sepultarse en Oña, y según las memorias de este monasterio, era descendiente de los condes de Burba y nieto del conde D. Gómez, muerto en Candespina.

² Los Carabeos, partido judicial de Reinosa.

dis et vobis domno Petro episcopo vestrisque successoribus ut iure hereditario habeatis et possideatis in perpetuum totum illud que habeo in Acetores et in Cannizar¹ in integrum. In istis vero villis singulas divisas singulis filiis meis solummodo relinquo.

Preterea dono et concedo ecclesie Sancte Marie de Sassamon medietatem tocius illius hereditatis quam habeo in eadem villa, aliam vero medietatem Hospitali Jherosolimitano ut iure hereditario habeant et possideant in perpetuum. Si quis vero ex proiegenie mea vel aliena, etc.

Facta carta X die kalendas octobris sub era M^a CC^a VI^a, regnante rege Aldefonso in Toletum et in Extremadura et in Castella et in omni regno suo. Insuper corpus meum offero Deo et beate Marie ut in sede Burgensi sepeliatur si contingit me decedere in laicali habitu; si vero habitum religionis assumpsero, ibi corpus meum sepeliatur ubi habitum habuero; supradictas tamen hereditates Burgensi ecclesie immutabili proposito relinquo. Ego Rudericus Gundisalvi, qui hanc cartam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo. — 1^a col. Comes Albarus, cf. Comes Nunno, cf. Gundisalvus de Marannon, cf. Alvarus Ruderici de Massilla, cf. Petrus Ruderici et Fernandus Ruderici frater eius, cf. Ferdinando Surdo et Didacus Surdo, frater eius, cf. Gundisalvus Ferdinandi et Munio Pelagii, frater eius, cf. Lupus Ruderici, cf.

2^a col. Ex concilio Caravei sunt testes: Julianus Johannis, ts. Gundissalvus Juliani, ts. Domnus Sebastianus, ts. Martinus Pelagii, ts. Julianus de la Campana, ts. Martinus Johanni de Caraveo, ts. — 3^a col. De concilio de Sassamon qui sunt diviseros: Garsias Fernandi, ts. Martinus Ferdinandi de Calagurra, ts. Gundisalvus Didaci, ts. Rudericus Alfonsi, ts. De rusticis: Martinus Petri, ts. Rudericus Bermundi, ts. Petrus Petri, ts. Didacus Michaeli, ts. Petrus Mauro, ts. — 4^a col. In Cannizar illis qui sunt diviseros: Sancius Didaci, ts. Gundisalvus Ruderici, ts. Gundisalvus Pelagii, ts. Albarus Albari, ts. Petrus Ruderici, ts. De concilio: Michael Petri, ts. Dominicus Bellidez, ts. Petrus Michaeli, ts. Petrus Johan-

¹ Cañizar de los Ajos, antiguamente apellidado de Banihel.

ni, ts. Dominicus Sancier, ts. — 5^a col. Deviseros in Acetores; Gomez Gundisalvi, ts. Gundisalvus Ruderici, ts. Guterrius Gundissalvi, ts. Nunnus Gundisalvi, ts. Meo Vida: de concilio: Salvator Martini, ts. Julianus Belaz, ts. Dominicus Galindez, ts. Martinus Michaeli, ts. Domnus Antoninus, ts. Dominicus, scriba Burgensis episcopi, scripsit hanc cartam.

143.

El obispo de Burgos da a María Isidórez en censo perpetuo, gravado con una renta anual de ocho dineros de moneda real, la tercera parte de un solar, sito en La Llana, con facultad de transmitirla a sus herederos. — Julio de 1169.

(Vol. 70, n° 11.)

Sub Christi nomine. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, una cum sociis meis eiusdem ecclesie cononicis, dono et concedo tibi Marie Ysidori totam illam tertiam de illo solare qui est in illa Plana circa domum Ferdinandi Tellez et circa domum qui fuit de domno Garsia et de Johanne de Riolazedo, et de illo solare quod dedi ad Johannem Roderici, et de illa carrera, ut tu et omnis generatio tua post te habeat et possideat iure hereditario sub potestate et tutela Burgensis episcopi in perpetuum, tali videlicet pacto ut per singulos annos VIII denarios monete regis Deo et Sancte Marie mense Marcii pro censu persolvatis. Si qua igitur ecclesiastica vel secularis persona etc.

Facta carta mense julii sub era M^a CC^a VII, Alfonso regnante in omni regno patris sui regis Sanctii. Unde sunt testes: Petrus Martini, prior. Domnus Martinus archidiaconus. Gunsalvus, archidiaconus. Dominicus, archidiaconus. Gundissalvus, sacristas (*sic*). Fernandus Fernandi. Petrus Johannis de Zorita. Dominicus, abbas de Franuncea. Michael de

Madrigal. Magister Antecedens. Johannes de Peral. Martinus Martini, archipresbiter. Ferrandus Cervus. Ferrandus Gundissalvi. Petrus Johannis, filius Johannis Dominici, alcalde. In roboratione huius dati ego Maria dedi I mor. episcopo et canonicis. Johannes Saturnini, scripsit.

144.

Alfonso VIII da a la catedral de Burgos y su obispo el monasterio de Cijancas, propiedad de Martín Peláez. — Burgos, noviembre 19 de 1169.

(Vol. 38, fol. 638, orig.; ALARCÓN, ob. cit., escrit. nº 19.)

† XPS. AΩ. — In nomine Domini Nostri Jhesu Christi, amen. — Quoniam nichil est quod tantum deceat maiestatem regiam quantum ecclesias Dei diligere, honestos viros amare et piis ac religiosis locis grata suffragia verbo et opere conferre; ideirco ego Aldefonsus, Dei gratia Toleti, Castelle et Extremature rex et dominus, dono et concedo Deo et ecclesie Sancte Marie Burgensis sedis et vobis dompno Petro, eiusdem ecclesie episcopo, et canonicis inibi comorantibus tam presentibus quam futuris, pro animabus avi et patris mei necnon et parentum meorum, et pro salute etiam anime mee illud monasterium S. Micahelis quod de Cerangas ¹ vocatur, in alfoz de Brizia situm, sicut Martinus Pelagii illud hodie habere et tenere dinoscitur, cum S. Juliani ² monasterio quod ad ius prefati monasterii spectat, et cum terris, vineis, pratis, pascuis, rivis, molendinis, piscariis, domibus collazis, ortis, defesis, cum arboribus et sotis, montibus et fontibus, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus terminis et pertinenciis suis, iure hereditario habere im perpe-

¹ Cijancas: pertenece hoy a la provincia de Santander; tiene por titular de su iglesia a San Miguel.

² Acaso corresponda a Población de Abajo, vecino a Cijancas.

tuum. Dono inquam et concedo vobis iam dictum monasterium cum cunctis eidem monasterio pertinentibus, ut deinceps illud liberum et quietum habeatis et tempore perpetuo possideatis. Quapropter iubeo ut hec mea helemosina semper stabilis permaneat et rata. Si quis vero ex proienie mea vel aliena hoc meum donativum disrumpere aut retemptare presumpserit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Juda proditore in inferno dampnatus; et insuper regie parti C. libras purissimi auri, et ecclesie iam dicte prenominationum monasterium duplatum persolvere cogatur.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a VII^a, XIII^o kalendarum decembris, tunc temporis quo serenissimus rex Aldefonsus ibi primum curiam celebravit, regnans in Toletum et Castella, in Naiara et Extremadura. Et ego Aldefonsus rex hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM REGIS ALDEFONSI. Cerebrunus, Dei gratia Toletane sedis archiepiscopus et Yspaniarum primas, cf. — 1^a col. Raimundus Palentinus eps., cf. Rodericus Kalaguritanus eps., cf. Joscelinus Segontinus eps., cf. Johannes Oxomensis eps., cf. — 2^a col. Comes Albarus, cf. Comes Nuno, cf. Comes Petrus, cf. Comes Lupus, cf. Comes Pontius, cf. Comes Vela, cf. Rodericus Gundisalvi, alferiz regis, cf. Petrus Garsie, maiordomus curie regis, cf. Martinus Ferdinandi, cancellarius regis, cf. — 3^a col. Gomez Gundisalvi, cf. Gundisalvus de Marannone, cf. Gondisalvus Roderici, cf. Gomez Garsie, cf. Petrus Roderici, cf. Petrus Seme nez, cf. Petrus, notarius regis, hanc (*sic*) scripsit.

145.

Gonzalo Domínguez da a la catedral y su obispo la propiedad que le corresponde en Tordable; y el obispo le cede el usufructo vitalicio de la parte que en dicha propiedad pertenece a Rodrigo, hermano de dicho Gonzalo, con la cual había dotado un aniversario en la catedral, debiendo Gonzalo pagar los diezmos de dicha propiedad.— Febrero de 1170.

(Vol. 70, n° 214.)

Sub Christi nomine. — Ego Gundissalvus Dominici, pro remedio et remissione peccatorum meorum et omnium parentum meorum, dono et offero Deo et Sancte Marie Burgensi, et vobis domno Petro, eiusdem ecclesie episcopo, et omnibus canonicis, totam illam hereditatem de Turre de Abre¹, quam adquisivi cum fratre meo Roderico Dominici, ut habeatis illam semper vos et omnes successores vestri post vos per hereditatem. Et ego Petrus, supradictus episcopus, cum omnibus canonicis damus et confirmamus tibi Gundissalvo Dominici in omni vita tua ipsam hereditatem quam dedit nobis frater tuus Rodericus Dominici in ipsa eadem villa pro aniversario suo in hora mortis sue, per talem convenientiam ut per singulos annos vite tue des nobis decimas ex omnibus fructibus et ex omnibus redditibus quos Deus dederit tibi; finitis autem omnibus diebus vite tue, remaneat nobis totam hereditatem sine ullo iudicio et sine ullo interdictu. Hoc pactum et hoc scriptum firmum et stabile sit semper. Si quis illud infringere, etc.

Facta carta mense februarii sub era M^a CC^a VIII^a, Alfonso rege regnante in omni regno patris sui regis Sanctii. Unde sunt testes: Petrus Martini, prior. Marinus, archid. Gundissalvus Plagatus, archid. Dominicus, archid. Gunsalvus, capiscol. Dominicus, abbas Sancti Quirici. Petrus Moral. Om-

¹ Tordable, granja a vista de Lerma, al E. de Villalmanzò.

nis conventus ecclesie, cf. De Lerma: Roi Gunsalvez. Petrus Michaelis. Dominicus Domininget. Johannes Domininget. Johannes, presbiter. De Torrecilla del Monte: Dominicus Philippez. Johannes Dominingez. Dominicus Vincentez. Dominicus Johannis. Dominicus Petro el cortes. Johannes Saturnini, exaravit.

146.

Alfonso VIII cede a la catedral de Burgos y su obispo el monasterio de San Juan de Ortega, donde descansa el cuerpo del Santo de su nombre. — Burgos, junio 27 de 1170.

(Vol. 34, fol. 47, orig.; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 20.)

† XPS. A^o. — In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. — Quoniam nichil est quod tantum deceat maiestatem regiam quantum ecclesiam Dei diligere, honestos viros amare, et piis et religiosis locis grata suffragia verbo et opere conferre; idcirco ego Aldefonsus, Dei gratia Toleti et Castelle rex et dominus, dono et concedo Deo et ecclesie Sancte Marie Burgensis sedis et vobis dompno Petro, eiusdem ecclesie episcopo, et canonicis inibi comorantibus, tam presentibus quam futuris, pro animabus avi et patris mei necnon parentum meorum, pro salute etiam anime mee, illud monasterium S. Nicholai de Ortega ¹, ubi quiescit corpus confessoris quod vocatur Johanes, cum terris, vineis, pratis, pascuis, molendinis, piscariis, domibus, collacis, cum arboribus et sotis, montibus et fontibus, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus terminis et pertinenciis suis iure hereditario habere in perpetuum. Dono, inquam, et concedo vobis iam dictum monasterium cum cunctis eidem monasterio pertinentibus, ut deinceps illud liberum et quietum habeatis et tempore perpetuo possideatis. Quapropter iubeo ut

¹ Hoy San Juan de Ortega.

hec mea helemosina semper stabilis permaneat et rata. Si quis vero ex proenie mea vel aliena hoc meum donativum disrumpere aut retemptare presumpserit, sit a Deo maledictus et excommunicatus, et cum Juda Domini traditore in inferno dampnatus, et insuper regie parti C. libras auri purissimi, et ecclesie iam dicte prenominationum monasterium duplatum persolvere cogatur.

Facta carta apud Burgis V kalendas julii, era M^a CC^a VIII^a, regnante rege Aldefonso in Toletu et in Castella et in Extremadura et in Naiera et in Asturiis. Et ego rex Aldefonsus, qui hanc cartam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. *Signo.* SIGNUM REGIS ALDEFONSI. Cerebrunus Toletane sedis archiepiscopus et Yspaniarum primas, cf. — 1^a col. Raimundus Palentinus eps., cf. Rodericus Kalagurritanus eps., cf. Johanes Oxomensis eps., cf. Willelmus Secobiensis eps., cf. Sancius Avilensis eps., cf. Rodericus Gonsalvez, alferiz regis, cf. Petrus Garsie, maiordompnus curie regis, cf. — 2^a col. Comes Albarus, cf. Comes Gomez, cf. Comes Petrus, cf. Gonsalvo Roiz, cf. Ordonius Garcit, cf. Goter Pelai, merinus regis, cf. — 3^a col. Comes Nunnus, cf. Comes Poncii, cf. Petrus Roiz, cf. Rodericus Goterrii, cf. Albaro Roiz, cf. Raimundus, cancellarius regis, scripsit.

147.

Alfonso VIII otorga a la catedral de Burgos y su obispo la Iglesia de Santa María de Belén con su hospital y dependencias, sita en Belorado. — Avila, junio 22 de 1171.

(Vol. 38, fol. 209, orig.)

† XPS. Aw. — In nomine Domini, amen. — Quod affuens regum benignitas alicui donandum disponit, dignum est ut litterarum apicibus adnotatum posteris commendetur. Eapropter ego Ildefonsus, Dei gratia Yspanorum rex, una cum uxore mea Alienor regina, dono et concedo Deo et ecclesie beate Marie de Burgis et vobis domno Petro, eiusdem epis-

copo, vestrisque sucesoribus, pro animabus avi et patris mei necnon et parentum meorum, pro salute etiam anime mee, ecclesiam Sancte Marie de Betleem, in Belliforamine sitam, cum suo hospitali et cum omnibus pertinentiis et directuris suis, cum quibuscumque in ipsa habeo et habere debeo, ut vos et successores vestri iure hereditario eam in perpetuum habeatis et quitam et liberam possideatis. Si quis vero huius mee donationis paginam rumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et regie parti M aureos persolvat, et hoc meum factum ratum semper maneat.

Facta carta Avile era I^a CC^a IX^a, X kalendas julii. Et ego Ildefonsus rex, regnans in Toledo et Castella, in Naiara et Extremadura, hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM REGIS ILDEFONSI. — Petrus Garsie, maiordomus curie regis, cf. Rodericus Gundisalvi, alferiz regis, cf. — 1^a col. Cenebrunus, Toletanus archiepiscopus et Yspaniarum primas, cf. Raimundus Palentinus eps., cf. Sanctius Avilensis eps., cf. Joscelinus Segontinus eps., cf. Comes Albarus, cf. Comes Gomez, cf. Comes Nunio, cf. Comes Petrus, cf. — 2^a col. Gondisalvus de Marannone, cf. Petrus Roderici, filius cemitis, cf. Gondisalvus Roderici, cf. Gundisalvus Ruderici duc, cf. Ferrant Roiz, cf. Ordon Garsie, cf. Johanes Vele, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Petrus, regis notarius, Raimundo existente cancellario, scripsit.

148.

Harloun y su mujer dan a Perronet y a Rolando su hermano y a las esposas de ambos dos huertos en camino del molino de Origüelos, a cambio de una parte de solar en Corral de Martín Ibáñez. — Abril de 1172.

(Vol. 70, nº 160.)

In Dei nomine. — Ego Harloum, una cum uxore mea Stephanía, facimus cambium cum te Perronet et Rollando fratre tuo et cum uxoribus vestris Stephanía, Urraca, de duobus

ortos quos habemus in carrera del molino de Oreiuelo: primus est ad latus de filiis Petri del Forno et de Amelina, uxor Martini Johannis alcalde, et de illa carrera; alius est ad latus de filiis de Petri del Forno et de filiis Johannis Petri et de filiis de Jordan Marin et de Amelina et de illa carrera, per unam passatam de terra in corrale de Martino Johanne alcalde, cum intrada et exida et insuper LXII mor. et sumus de illis paccati, et concedimus et vendimus vobis totum illud quod habemus ad partire cum uxore Martini Johannis et cum uxore Johannis Archer in ipsis supranominatis ortis. Si quis, etc. Facta carta mense aprilis era M^a CC^a X^a, Alfonso rege cum uxore sua regina Alienor regnante in omni regno patris sui regis Sanctii. Unde sunt testes: Petrus Onfre, alcalde. Martinus Johannis, alcalde. Petrus Rinaldi. Sennoret. Guillelmus Alda, suus gener. Raol Grinnon. Raol Lorigero. Liazar. Johannes Saturnini fecit.

149.

El obispo Pedro da en préstamo vitalicio a Gonzalo Pérez de Padilla y su mujer unas casas de su propiedad, sitas en barrio de Santiago. — ¿Año 1172?

(Vol. 70, n^o 53.)

In Dei nomine. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis episcopus, cum consensu et voluntate totius capituli dono vobis domno Gundissalvo Petri de Padilla et uxori vestre domne Marie¹ in prestimonium illas casas quas ego feci cum essem archidiaconus, qui sunt in barrio Sancti Jacobi ad latus de Martino Cueva, et in costa et ante et retro vias discurrentes,

¹ El 1^o de julio de este año, dan D. Gonzalo y su mujer María de Oviedo, al obispo D. Pedro, por sus almas y las de su familia, toda su propiedad en Villarmentero, *excepto quod habeant ibi filii mei unam divisam* (vol. 37, fol. 4, copia contemporánea).

ut habeatis illas in omni vita vestra, et post obitum vestrum libere et absque ullo interdictu nobis remaneant. Unde sunt testes: Petrus Martini, prior. Martinus, archidiaconus. Ardericus, archidiaconus. Fernandus Gundissalvi. Petrus Fulci. Dominicus, archidiaconus. Gundissalvus, sacrista.

150.

El prior y cabildo de Burgos dan a Fernando González y sus herederos una casa, sita junto al palacio del rey, bajo condición de pagar anualmente al cabildo dos maravedís el día aniversario de dicho Fernando, y correr a su cargo la conservación y reposición de la casa. — Enero 1 de 1173.

(Vol. 70, nº 24.)

In Dei nomine. — Ego Petrus Martini, Burgensis ecclesie dictus prior, cum omni conventu eiusdem ecclesie tibi domno Fernando Gunsalvi, nostro concanonico, facimus cartam de domo una nostra, que est in loco qui dicitur Palatium regis, in ripa de illo calice qui vadit ad molinum Sancte Agathe, et ex alia parte est casa que fuit Johannis Petri canonici, et ex alia parte est casa Petri Pelagii, et ex alia parte est via discurrens, sub tali pacto ut habeas eam in omni vita tua, post obitum vero tuum licentia sit tibi relinquere cuicumque volueris ex consanguinitate tua, ita tamen quod pro censu ipsius case persolvat nobis duos bonos morabetos singulis annis in die anniversarii tui, et insuper ipsam domum benefactam manu teneat et de suo proprio, cum opus fuerit, eam reficiat; et habeat potestatem ipse et quicumque post eum eam habuerit dandi cuicumque voluerit, dandi eam sub predicto tenore; quod si eam non refecerit vel censum supradictum statuto tempore nobis non persolveret, statim sine contradictione aliqua potestas sit nobis et licentia intrandi iam dictam casam et eam nobis retinendi.

Facta carta huius scripti primo die mensis januarii in era M^a CC^a XI, Alfonso rege regnante cum uxore sua Alienor regina in omni (*sic*) regis Sanctii. Unde sunt testes: Petrus, Dei gratia Burgensis episcopus. Marinus, archid. Petrus Martini, prior. Gundissalvus, archid. Dominicus, archid. Aldericus, archidiaconus et mayordomus. Gundissalvus, sacrista et mayordomus. Gundissalvus, capiscol. Petrus Moral. Petrus Johannis. Fernandus Petri. Fernandus Johannis. Vincentius. Petrus Fulci. Johannes de Peral, et omnis conventus ecclesie. Johannes Saturnini fecit.

151.

Maria cede a Martín y su mujer Eulalia sus derechos de molienda en el molino de Posadillo, a cambio de una pasada de tierra, nueve maravedís y cinco almudes de centeno. — Diciembre de 1173.

(Vol. 70, n^o 110.)

In Dei nomine. — Ego Maria de bona voluntate facio cambium cum tibi Martin et tua mulier Eulalia de las nostras proprias vices que habeo en el molino de Posadillo, la una vice die iouis a XV dias, horas de dia, horas de nocte; alia vice viernes a XV dias, oras de dia, oras de nocte, per una passada de terra que nobis dedisti en solar de Eulalia cum intrada et exida, et insuper VIII mor. et V. almutes de centeno; et de isto aver so pagado et non remansit nichil pro dare. Facta carta in mense Decembri in era M^a CC^a XI^a, regnante rex Aldefonsus in Toletto et in Burgos et in toto suo regno. Coram testes: Michael Pelaiz. Petro Garciez. Dominico Johannis. Don Pelaio. Rodrigo Peidrez. Petro Alum. Ego Eulalia otorgo con meos hermanos ista vendida: non habemos i nada. Johannes cripsit.

152.

La condesa Urraca cede a la catedral de Burgos y su obispo la propiedad y derechos de Páramo, Santibáñez de Zarzaguda, Escobar, Mazariegos y otros pueblos; y el obispo y su cabildo otorgan a la donante la hermandad espiritual con ellos y un aniversario con ocho memorias anuales. — Burgos, año de 1173.

(Vol. 32, fol. 84, orig.; vol. 70, n.º 4.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego domna Urraca comitissa, filia comitis Petri Lopez de Montfort ¹, pro adipiscenda remissione peccatorum meorum et felici commercio pro terrenis celestia, pro caducis et perituris eterna commutans, devotissima voluntate mea offero, dono et concedo omnipotenti Deo et beatissime semper Virgini Marie, ecclesieque eius Burgensis sedis, et vobis domno Petro Burgensi episcopo, vestrisque successoribus eiusdemque loci canonice substitutis et substituendis, meam totam hereditatem quam habeo in villa que dicitur Paramo de suso ², videlicet, tres partes ipsius supradicte ville que michi contingunt ex parte patris mei comitis Petri et ex parte matris mee comitisse Santie Gomez ³. Insuper etiam monas-

¹ Dicen que pertenecía a los López de Vizcaya; lleva el sobre- nombre de Monforte, por haber sido gobernador de su fortaleza durante el reinado de doña Urraca. Fué mayordomo de esta reina y asiduo de su corte antes de gobernar a Monforte. Tenía un hermano, llamado Lope López (*Cart. de Arlanza*, pp. 168 y 176).

² Hoy no existe sino en Páramo, sin calificativo alguno, sito al OE. de Quintanadueñas.

³ *Documentos de Valladolid*, t. I, p. 96, hacen suponer que esta señora estaba emparentada, de una forma u otra, con la familia del conde Pedro Ansurez.

terium Sancti Johannis ¹ cum suis et iam dicte ville pertinentiis ad integrum, et illam hereditatem quam habeo in Arroial et in Villa Cesero et in Escobar et de Mazariefos ² ad asuso et de Marmellar ad aca cum collazos, cum solaribus populatis et dispopulatis, cum divisis, cum exitibus et regressibus, cum pratibus, cum pascuis, cum terris cultis et incultis, cum vineis, cum arboribus et cum omni iure quod ad iam dictum monasterium et ad totam supradictam hereditatem de Paramo cum hereditatibus supradictarum villarum pertinet, ut deinceps libere possideatis iure hereditario in perpetuum sine aliqua contradictione.

Facta carta donationis Burgis era M^a CC^a XI^a, regnante rege Adefonso cum uxore sua Alienor in Castella et Toledo et omni regno suo. Lop Diaz de Fitero merino. Ego domna Urraca comitissa, quę hanc cartam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo. Testes huius donationis: Martinus Gonsalviz de Contreras ³. Rodericus Lopez de Torme. Melendo Nunnez. Didacus Ferrandez Dimana. Garcia Galindez de Rivo. Rodericus Martinez de Vivar. Martinus Johannis, alcalde. Petrus Niger. Bernardus, filius de Jordan Marin. Petrus Covo. Martinus Johannis de la plana ⁴.

Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, una cum conventu eiusdem ecclesie, vos domnam Urracam comitissam facimus participem orationum et beneficiorum quę fiunt in Burgensi sede et in suis subiectis ecclesiis, necnon et illarum absolutionum quas Burgensis episcopus facit, vos tamquam unum ex nobis consortem facimus. Insuper

¹ Iglesia de Santibáñez de Zarzaguda, en la ribera del río Urbel.

² Mazariegos, en tierra de Muñó (*Cart. de Covarrubias*, p. 14; *Cart. de Arlanza*, p. 214; *Cart. de El Moral*, p. 265); llamábase también San Juan de Cela, y confinaba con Presencio y Ciadoncha. El contexto de esta escritura pudiera indicar, sin embargo, que no se refiere a este Mazariegos, sino a otro desaparecido y sito en las cercanías de Quintanadueñas y Santibáñez de Zarzaguda.

³ Mayordomo de la reina Leonor.

⁴ Entre esta parte de la escritura y la siguiente, hay un abecedario que se extiende a toda la longitud del pergamino.

etiam promittimus quod unam missam generalem pro peccatis uno quoque anno in omni vita vestra faciemus, post obitum vero vestrum in die anniversarii vestri singulis annis missam pro anima vestra generalem celebrabimus et octo annales facere curabimus. Ego Petrus, Burgensis episcopus, qui hanc cartam fieri iussi, confirmo. Petrus prior, cf. Martinus archidiaconus, cf. Gundissalvus archidiaconus, cf. Dominicus archidiaconus, cf. Gundissalvus sacrista, cf. Gundissalvus cantor, cf. Dominus comes Nunnus, cf.

153.

El conde Nuño Pérez de Lara y su mujer dan al obispo de Burgos y su catedral la villa de Barchilona, a cambio de todos los derechos de diezmo y primicias episcopales de las posesiones que pertenecen al hospital de Puente Itero. — Abril de 1174.

(Vol. 20, fol. 88, orig., partido en recto por A. B. C.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Quecumque bono animo et honesta causa interveniente inchoantur et fiunt, ut melius divina pietate prosperentur et ad meliorem statum reducantur, ab universis fidelibus et precipue ab honestis et religiosis viris affectuosius et cum devocione exoptandum est et pro viribus elaborandum. Eapropter ego comes Nunio, simul cum uxore mea comitissa dona Teresa ¹, facimus concambiationem cum domno Petro, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopo, et eiusdem ecclesie universo capitulo, et vicariam commutationem firmiter statuimus et in perpetuum stabilimus. Damus igitur Burgensi ecclesie iure hereditario in perpetuum villam que

¹ Sobre este personaje y su mujer véase SALAZAR, *Casa de Lara*, t. III, p. 5; el autor desconoció la presente escritura.

dicatur Barchilona ¹, quę est iuxta rivum Brules ² et ex una parte Mazorrero et ex alia Villa Ysidro, cum montibus, pascuis, rivis, pratis et cum omnibus pertinenciis suis; et pro comcambiatione predictę villę domnus Petrus, Burgensis ecclesię episcopus, cum universo capitulo suo condonat et absolvit hospitali, quod edificamus iuxta pontem de Fitero, pro remedio animarum parentum nostrorum, decimas et primicias omnium laborum et nutrimentorum illorum que possidet vel quę iure in episcopatu Burgensi nomine prefati hospitalis acquisita fuerint, facitque res omnes prenominati hospitalis liberas et immunes ab omni servicio Burgensis ecclesie, ut nec sibi nec successoribus suis Burgensis (*sic*) episcopis aliquid servicii faciat. Et si forte, quod absit, aliquis de proienie mea vel aliena predictum concambium impedire vel infringere voluerit, sit maledictus et excommunicatus et cum Juda traditore in inferno dampnatus.

Facta carta mense aprili era M^a CC^a XII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Elienor in Toletto, Extrematura et Castella. Et ego comes Nunio, cum uxore mea comitissa dona Taresa, qui hanc cartam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus. Et ego Petrus, Burgensis ecclesie episcopus, qui eandem fieri iussi cum universo capitulo Burgensi roboro et confirmo. Huius rei testes sunt: Comes Fredinandus. Petrus Roderici de Guzman. Petrus Gomez. Lop Diaz de Fitero. Albaro Garciaz d'Olmos. Petro Diaz d'Albillos. Ermildo. Domnus Petrus, prior. Gundisalvus, sacrista. Marinus, archidiaconus. Gundisalvus, archidiaconus. Dominicus, archidiaconus. Gundisalvus, precentor, et totus conventus Burgensis ecclesie.

¹ No hemos visto mencionada esta villa en ningún otro documento.

² Río Brulles, que baña a Villadiego y desemboca en el Odra, cerca de Villasantino.

154.

Alfonso VIII traspasa al cabildo catedral y obispo de Burgos el monasterio de San Julián de Mena con todas sus dependencias. — Burgos, agosto 28 de 1174.

(Vol. 71, nº 133.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. — Nichil est quod magis deceat regiam potestatem quam eum qui dat salutem regibus servire, et suam beatissimam matrem virginemque Mariam cum omnibus sanctis honorare, et honestos religiososque viros venerari et amare, et ecclesiam Dei catholicam protegere, et de ea semper curam agere. Quapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle, una cum uxore mea Alienore regina, dono et concedo Deo omnipotenti et sedi Ecclesie Beate Marie Burgis et vobis dompno Petro episcopo et omnibus successoribus vestris quoddam monasterium, quod vocatur Sanctus Julianus, et est in Mena¹, totum ex integro, scilicet, cum dequaneis, cum collacis, terris, vineis, pratis, pascuis, aquis et molendinis, piscariis, montibus et fontibus, cum arboribus et nemoribus, heremis et populatis, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus pertinentiis et directuris suis, ut ammodo iure hereditario omnia prescripta vos vestrique successores habeatis et in perpetuum possideatis; et hoc meum factum semper sit firmum. Si quis vero ex mea progenie aut extranea rumpere aut violare presumpserit, iram Dei habeat et cum Juda traditore in inferno inferiori porcionem accipiat, et regie parti mille libras purissimi auri persolvat.

¹ Hoy Santa Cruz de Mena. Sobre sus esculturas románicas, véase HUIDOBRO SERNA, *The Art of the Reconquest in Castile*, en *The Art Bulletin*, vol. XIII, nº 2. El original de la confirmación de este documento, otorgada por Fernando III en 1219, así como otros documentos referentes a San Julián de Mena, han sido publicados en *Bol. Monumentos de Burgos*, t. XII, p. 466 y ss.

Facta carta Burgis era M^a CC^a XII^a, V^o kalendas septembris, eodem anno quo dominus rex Aldefonsus equitavit super Nafarram et regem devicit et duobus diebus in castello Leguin eum obsessit, et vix furtim in nocte manus eius evasit. Et ego Aldefonsus rex, regnans in Toletis et Castella, in Naiera et Extremadura, qui hanc cartam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Cenebrunus Toletane ecclesie archiepiscopus et Hypaniarum primas, cf. Ramundus Palentinus eps., cf. Bernardus Oxomensis eps., cf. Rodericus Calagurritanus eps., cf. Sancius Abulensis eps., cf. Gundissalvus Segobiensis eps., cf. Gaucelmus Seguntinus eps., cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Comes Gondissalvus de Marannone, alferiz regis, cf. Comes Nunius, cf. Comes Petrus, cf. Comes Blasius, cf. Comes Gondissalvus, cf. Comes Ferrandus, cf. Petrus Roderici, filius comitis, cf. Lupus Diez de Mena, cf. Gomeç Garsie, cf. Petrus Arazurin, cf. Didaquus Eximenetz, cf. Petrus Garsie, cf. Gotier Pelaiz, merinus regis, cf. Raimundo, existente cancellario, Veremundus, notarius regis, scripsit.

155.

Don Amigot y otros varios venden al arcediano D. Arderico sus derechos sobre el molino de Ramado, a cambio de una parte de solar y ciento veinte maravedís. — Marzo de 1176.

(Vol. 70, n^o 146.)

In Dei nomine. — Ego domno Amigoth una cum uxore mea domna Maria, et cum repotibus meis, videlicet, filii de domno Calvo, Dominico, Gonzalvo, Johannes et Elvira, et Johannes Ferrero cum uxore sua domna Justa, et domno Sanctio cum uxore sua domna Chicota, et domna Acelina Peregrin et frater eius Sennoreth, nos omnes bono animo et bona voluntate facimus cambium cum vobis archidiacono

Alderico de illis nostris propriis vicibus quas habemus in illo molendino de Ramado, scilicet, in illo molendino dem-
 trus VI vices et media ad XI dia, et in illo molendino de
 foras una vice minus quarta ad XV dies, per unam passatam
 de terra in longo et alia in amplo cum intrada et exida in
 illa casa de Roberth de Murel, et desuper C et XX mor.; et
 de hoc precio nichil remansit pro dare. Si quis vero etc. Fac-
 ta carta in mense marcio era M^a CC^a XIII, regnante rege
 Aldefonso una cum uxore sua regina domna Alienor in To-
 leto et in Extremadura, in Burgis et in Naiara et in tota
 Castella. Huius rei sunt testes: domno Albertin. Domno Do-
 nato. Giraldu aleman. Domno Farmoin. Robertus de Murel.
 Robertus Delman. Vincentius, presbiter Sancti Laurentii.
 Pomnius pinxit ¹.

156.

*María y sus hijos ceden a Pedro Martínez y su mujer
 los derechos que tienen en los molinos de Pedro Redondo
 y en el de Posadillo, por una parte de solar en el barrio
 de San Juan de Burgos. — Mayo de 1176.*

(Vol. 70, n° 117.)

In Dei nomine. — Ego Maria una cum filiis meis, videli-
 cet, Dominico et Johannes et Stephanía et Guisabel, de
 bona voluntate facimus cambium cum tibi Martinus Petriz
 et uxor tua Eulalia de illas nostras tres vices de molino

¹ En enero de 1175 el obispo D. Pedro cedió a Martín Fernán-
 dez, alcalde, y su mujer doña Mayor, una propiedad en el molino de
 la Bodega, bajo condición que la plantaran de viñedo y diezmaran
 su fruto a la catedral; a la muerte de ambos, dicha heredad sería de
 la propiedad exclusiva del cabildo, pero gravada con un aniversario
 por doña Mayor. Entre los testigos figuran Bovet y Pedro Fulchi
 (vol. 70, n° 202).

quam habemus: illas duas vices sunt in illos molinos de Petrus Redondo, illa una vice est in illo molino de dentro et cadet a cabo de XV dias iouis horas in die, horas in nocte, et altera vice est in illo molino de foras et cadet a XV diebus dominica die horas in die, horas in nocte; et altera vice est in illo molino de Posadillo de fora et cadet a XV dias in die miercoles horas in die, horas in nocte, per unam passatam de terra in casa de Petrus Dominici, in barrio Sancto Johanne, cum intrada et exida et insuper XVI mor., et sumus de illis paccati. Si quis, etc. Facta carta mensis may in era M^a CC^a XIII^a, regnante rege Alfonsi cum uxore sua regina Alienor in omni regno patris sui regis Sanctii. Unde sunt testes: Michael Pelayz. Sanctius ortelano. Arnaldus Lisarth. Arnaldus de Caorz. Remont Lisarth. Felices ferrero. Johannes palmero. Petrus Christovalet. Johannes scripsit.

157.

Gómez Carrillo da a la Catedral de Burgos y su obispo la mitad de la villa de Arraya; acuerdo que con el obispo hace el heredero e hijo de aquél, Gómez, propietario de la otra mitad de dicha villa, sobre el modo de percibir los derechos de la misma y de gobernarla. — Mayo 24 de 1176.

(Vol. 25, fol. 324, orig.)

Notum sit omnibus hanc cartam inspecturis quod ego Lupus Didaci de Faro vidi cartam antiquam per alfabetum divisam, bene factam, quam ostendit Burgensis episcopus coram Domino rege F. ¹ et coram matre ipsius in curia quam fecit idem rex Burgis cum contraxit cum regina domna B. ²; et lecta fuit carta in audientia omnium qui aderant

¹ Fernando III.

² Doña Beatriz.

cum dictus episcopus impeteret filios de Gomez Carrello super medietate de Harraia ¹. Hic erat tenor carte qui verbo ad verbum subscriptus est: Quoniam ea que a nobilibus tradita asseruntur nisi scripto commendentur diuturnitate temporum oblivione traduntur, hec eapropter memorie commendare curamus. Notum valde est atque certissimum Petrum Carrellum, in mortis articulo positum, se ad atrium et altare Sancte Marie Burgensis ecclesie commendasse, obque suorum indulgentiam delictorum, medietatem Ferrahie cum universis pertinenciis suis, tam montibus et hereditatibus, quam eciam omnibus ad villam pertinentibus ad predictum altare tradidisse; post cuius obitum ego Gomiz, suus filius et heres, prout meus pater disposuit, ita ego concedo et confirmo, meque in morte et in vita ad eandem ecclesiamtrado.

Hanc ergo convenienciam cum vobis dompno Petro Burgensi presuli (*sic*) facio, quod omnes redditus eiusdem ville, tam in pectu quam in calumpniis et in aliis iuribus, ego et vos communes habeamus, et habitatores incolasque ipsius ville secundum suum ius et suam consuetudinem atque plebiscitum ac suum forum nulli inuriam inferentes manuteneamus; me autem Gomez hec omnia prosequente, ubique in omnibus predictis obtemperante et obsecundante, nullique vim et inuriam nullam faciente, vestram medietatem in manu postea minime mittatis. Quod si ego, quod absit, in ipsa villa aliquid iniustum aut importunum egero aut vi aut superbia rapuero, et iniuste prendidero emendareque distulero ac pectare nolueró, ipsa villa parciatur et, uterque nostrum suam medietatem possideat. Hec scripta ita sunt confirmata; attamen si aliqua necessitas michi ingruerit, aut opus michi fuerit, parciatur villa, et vos, dompne episcope Petre, neque vestri successores michi dompno Gomez partiri villam non contradicatis. Huius nostre donationis et confirmationis non indigni testes existunt: Rodericus abbas S. Christofori. Didacus Guterro. Fernandus Pardus. Petrus Roderici. Dominicus de Naiera. Albarus Roderici de Tauro

¹ Arraya, en Montes de Oca, cercano a Barrios de Colina.

Sanctis ¹. Petrus Petri de Arnellis. Petrus Vincencii de Villafraña. Dominicus Navarro.

Facta carta VIII kalendas junii era M^a CC^a XIV, rege Illefonso regnante in Castella et Toletó. Commemorationem facimus de prestimonio quod dedit dompno Petrus, Burgensis episcopus, dompno Gomez; dedit enim in prestimonio omnibus diebus vite sue Cetam? ² superiorem et Quintanelam subtus Carras. Huius donationis testes existunt. Petrus Martini, prior. Dominicus, abbas de Franducea. Didacus de Sancta Eufemia. Martinus Paris. Dominicus Petri.

158.

Lope Díaz y su mujer doña Sancha ofrecen al obispo de Burgos la villa de Cabria con sus derechos y pertenencias. — Mayo 28 de 1177.

(Vol. 20, fol. 134, orig.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. — Ego Lupus Didaci, una cum uxore mea domna Sancia ³, ammore Dei provocati et pro remedio animarum nostrarum cupientes per bona temporalia promereri eterna, quandam hereditatem quam habemus in villa que vocatur Cabria ⁴; offerimus eam ad integrum cum omnibus ad nos ibidem pertinentibus, Deo et beate Marie Burgensi sedi et tibi Petro Burgensi episcopo et omnibus successoribus tuis, ut habeatis et possideatis eam iure hereditario in perpetuum. Si quis vero de nostra progenie vel de alia hoc nostrum datum infringere vel revocare voluerit, sit excommunicatus et Dei indignacionem

¹ Alvar Ruiz de Tosantos.

² Palabra de dudosa lectura: ¿querrá decir Cerraton?

³ Lope Díaz de Mena y Sancha de Frías, de quien hemos hablado tratando de los monasterios de San Cristóbal de Ibeas y Buggedo de Campajares.

⁴ Cabria, pueblo en tierra de Aguilar de Campóo.

incurrat, et cum iniquis deputatus infernalem penam iugiter sustineat. Facta carta V^o kalendas junii era M^a CC^a XV^a, regnante rege Aldefonso et uxore eius regina Alienor in Toletto et in Castella et in omni regno patris sui regis Sanchii. Hanc cartam quam fieri iussimus propriis manibus roboravimus, et roborandam subscriptis testibus tradidimus. Huius rei testes sunt: Rudericus Lupi, filius eorum. Albar Lupi de Salarzar. Nunnus Petru de Carraspedo. Gundissalvus Garsie de Nava ¹. Garsia Sanchii de Barzina. Martinus Petri de Monasterio ². Martinus Johanis, abbas de Foios ³. Petrus Gordo.

159.

Alfonso VIII premia, a ruegos de la reina Leonor, los servicios de doña Juliana, otorgándole la villa de Medinilla, a la cual concede exención de justicia y tributos reales. — Burgos, enero 27 de 1179.

(Vol. 71, n^o 131; SOTA, «Príncipes», p. 600.)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et mente spontanea facio cartam donationis, concessionis et confirmationis vobis donne Juliane omnique posteritati vestre in perpetuum valituram. Dono inquam vobis prefate Juliane, amore et precibus dilecte uxoris mee Alienor regine, cui fideliter ac devotissime die noctuque servire non cessatis, Medinellam ⁴, que est circa deffesam regis, cum montibus et fontibus, cum aquis,

¹ Nava de Santullán, en la misma región.

² Monasterio de Santullán.

³ Hoyos de Valdeprado o San Martín de Hoyos, ambos en tierras colindantes con Aguilar de Campóo.

⁴ Medinilla, entre Villagutierre y Frandovínez, al O. de Burgos.

rivis, cum pratis, pascuis, paludibus et molendinis et eorum locis, cum vineis, terris cultis et incultis, cum solaribus populatis et heremis, cum collaciis populatis et populandis, cum arboribus fructuosis et infructuosis, cum ingressibus et regressibus, cum vallibus et nemoribus, et cum omnibus pertinenciis et directuris suis, iure hereditario vobis totique successioni vestre libere et quiete habendam et sine fine absque ulla inquietatione possidendam, ita quod vos et omnis successio vestra vel quicumque vocem vestram habuerit, quicquid de prefata hereditate facere volueritis, libere et absolute omni tempore faciatis, donando, vendendo, concambiando, impignorando seu quidlibet aliud ad libitum vestrum faciendo.

Dono etiam vobis et omnino deffendo ut nullus merinus, nullus saion, nullus iudex nullusque alius homo in prenominatam Medinellam per vim sit ausus de cetero intrare, vel aliquid inde violenter extrahere, vel hominibus ibidem habitantibus iniurie vel dampni quicquam inferre, aut contrarietatem occasione aliqua facere. Et omnes inibi habitantes ab omni fossadera, et fazendera, posta et pedido et ab omni regali aliaque exactione et servicio penitus sint liberi, et immunes omni tempore perseverent. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XVII^a, VI^o kalendas februarii. Et ego rex Aldefonsus, regnans in Toletto et Castella, hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Cenebrunus Toletanus archiepiscopus, Hyspaniarum primas, cf. Petrus Burgensis eps., cf. Ramundus Palentinus eps., cf. Aldericus Segontinus eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Gomez, cf. Comes Ferrandus, cf. Rodericus Guterriz, maiordomus curie regis, cf. Gomez Garsie de Roda, alferiz regis, cf. Petrus Roderici de Azagra, cf. Ferrandus Roderici, cf. Petrus Roderici, filius comitis, cf. Petrus de Arazuri, cf. Petrus Garsie, cf. Alvarus Roderici de Guzmán, cf. Magister Geraldus, regis notarius, Petro de Cardona existente cancellario, scripsit.

160.

Alfonso VIII ratifica a la catedral de Burgos y su obispo cuantas donaciones les hubiese otorgado durante el tiempo de su reinado. — Burgos, junio 27 de 1180.

(Vol. 2, parte I, fol. 15, orig.; vol. 71, nºs 15 y 31, confirmación de Alfonso X en Castrogeriz a 4 de marzo de 1255.)

† XPS. Aw. — In nomine sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. Inter ceteros regibus principaliter est conveniens ea que ab ipsis fiunt rata habere, et donationes ab ipsis collatas, ratas conservare, presertim tamen eas quas ecclesiis et ecclesiasticis personis conferunt, ut non solum de constantia apud homines meritum fame consequantur, sed ut Deo complaceant et per orationum suffragia in celesti regno vitam eternam possidere mereantur. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castellæ, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate devota facio cartam confirmationis, roborationis et stabilitatis Deo et Sancte Marie Burgensi ecclesie et vobis dompno Petro, eiusdem ecclesie instanti episcopo, omnibusque successoribus vestris in perpetuum valituram.

Intuitu itaque pietatis et misericordie, pro animabus parentum meorum et salute propria roboro et confirmo omnes illas donationes quas prefate ecclesie usque in hodiernum diem dedi et concessi, quas videlicet memorata ecclesia in qualibet parte regni mei hodie tenet et possidet. Et hanc confirmationem per me et per omnes eos qui in regno meo michi successerint facio et concedo et per secula cuncta ratam habendam volo et statuo iure hereditario. Et in testimonium roborationis et confirmationis presens privilegium sepe dicte ecclesie trado et offero. Si quis vero tam ex meo quam ex alieno genere huius mee roborationis et confirmationis paginam in aliquo rumpere, inquietare vel diminueret aliqua occasione presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et sit maledictus et excommunicatus, et cum

Juda Domini proditore penas in inferno patiaturs eternas; et insuper regie parti mille libras auri purissimi in cauto persolvat, et prefate ecclesie dampnum quod intulerit duplatum restituat.

Facta carta Burgis era M^a CC^a XVIII^a, V^o kalendas julii, anno quarto ex quo rex prefatus serenissimus Aldefonsus Concam cepit et eam fidei christiane viriliter subiugavit. Ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletto, hoc presens privilegium quod fieri mandavi, manu propria roboro et confirmo. *Signo*: † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — 1^a col. Raimundus Palentinus eps., cf. Sancijs Abulensis eps., cf. Ardericus Segontinus eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Michael Oxomensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Gomez, cf. Comes Ferrandus, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Gomez Garsie de Roda, alferiz regis, cf. — 2^a col. Petrus Roderici de Azagra, cf. Ferrandus Roderici de Turgello, cf. Petrus de Arazuri, cf. Petrus Garsie de Lerma, cf. Didacus Lupi, cf. Alvarus Roderici de Guzmán, cf. Lupus Didaci de Mena, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Geraldus, regis notarius, Petro de Cardona existente cancellario, scripsit.

161.

Ordoño vende al arcediano Marino su propiedad en Val de Tobes por veintidós maravedís y medio. — Marzo de 1181.

(Vol. 36, fol. 176, orig.)

† XPS. — Sub nomine sancte et individue Trinitatis, Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Ordonno vendo tibi archidiaconus Marinus mea hereditate quam habeo in villa que vocitant Val de Toves ¹, hereditate pre-

¹ Desconocemos su situación; pero parece por los pueblos vecinos, que figuran en esta escritura, que estaba en tierra de Sedano.

nominata illa que ego comparavi de Roimur?, prenomina-
 de la quarta de la villa la terciã pars et de alia terciã la oc-
 tava pars, solares, terras, vineas, molinos, arbores, montes,
 fontes, exitus et regresxitus et quantum michi pertinet; pre-
 cium quod michi et tibi bene complacuit XXII morabetis et
 medium, et de isto precio apud te non remansit pro dare et
 tu dedisti michi et ego accepi de te per secula. Ista heredi-
 tate vendo, roboro et confirmo, et accipio de te in enrobora-
 mento unum cultrum. Si quis autem de meis, etc. Facta car-
 ta mense marci era M^a II^a, C^a XVIII, regnante rex Alfonsus
 cum regina Lionor in Toletula, in Burgos et in regnis suis:
 Petrus Burgensis eps. Comes Ferdinandus tenente Ovirna.
 Merinus maior don Lope. Coram testes: de Sedano, Rodricus
 Petro. Michael Dominguez, ts. Estefano et Pelagio et Petro,
 presbiteros, testes. Estephano, ts. Gonzalvo Fernandez de
 Foio de Obro ¹. Don Florid et don Pela..... Gil de Sedano. De
 Gradella..... ²: Petro Martinez, ts. Dominico del Prado, ts. Pe-
 tro Michaeliez, ts. Johan Martinez, ts. Johan Garciez, ts. De
 Val de Toves: Gonzalvo. Petro Nunnez, ts. Don Laurencio.
 Martin Fernandez, ts. Johanes Nunnez..... auditores et confir-
 madores. De Fontanares: Petro Johanes, ts., et Pelagio, ts.
 Martin Petriz, ts. Ego Ordonno tibi archidiaconus Marinus,
 qui hanc cartam iussi fieri legentem audiui..... confirmo.

¹ Huidobro.

² Gredilla de Sedano.

162.

Fernando Ibáñez dota su propio aniversario y el de sus padres en la catedral con una viña, cuya propiedad guardará durante su vida y la de aquel a quien él dejare el usufructo de la misma, debiendo en todo caso, desde ahora, pagar al cabildo una cantidad anual el día de San Vicente mártir. — Marzo de 1181.

(Vol. 48, fol. 273 y 274, orig., partido por A. B. C. en forma dentada; vol. 70, n° 172.)

Quoniam presens vita, mortalium pluribus subiecta periculis atque erumpnis, quod est terribilis, incerto fine coartatur, testante evangelio ac dicente: vigilate quia nescitis diem neque horam; unusquisque magna astucia sumaque vigilantia debet precavere ne extrema hora incognita eum imparatum vel inordinatum inveniat. Ratio ergo bene constitute mentis hoc considerans, terrore etiam futuri examinis numquam aliqua oblivione a mentis memoria dimovens, omnes actiones suas tam in spiritualibus quam in terrenis propriæque vitæ momentum sic regere ac sine ulla dilata-tione dispensare ne sumi iudicis oculos offendant, ipso donante, sumopere debet studere. Huius itaque considerationis amonitione ego Ferdinandus Johannes, pro remedio peccatorum meorum necnon patris et matris mee, libera voluntate dono Deo et beate Marie Dei genitrici et dominis et consociis nostris tam presentibus quam futuris, aut in hac Burgensi sede Deo servientibus vel servituris, quod utilius et preciosius in mea possessione habeo, scilicet, vineam que est in Plantada ¹, iuxta vineam que fuit Jordani Marini et ex alia parte iuxta vineam Andree, et ex alia iuxta sernam domini nostri episcopi, et ex alia iuxta viam discurrentem, pro

¹ Parece un término municipal de Burgos.

anniversario patris et matris mee atque pro proprio meo anniversario.

Tali videlicet tenore atque condicione ut ego illam possideam in omni vita mea et persolvam duos mrs. in festo preciosissimi martiris Vincencii pro anniversario meorum genitorum; post finem vero meum possideat vineam illam his cui ego dederò in omni vita sua, et persolvat duos aureos in festo predicti martiris pro predicto anniversario quoque anno, et persolvat alios III^{or} aureos pro meo anniversario similiter quoque anno in die mei exitus. Postquam vero ab hac vita excesserit ille qui post me possessor fuerit huius vinee, remaneat vinea in potestate et arbitrio canonicorum Burgensis sedis, et unoquoque anno de redditu huius viree perfecte et plenarie faciant hos duos anniversarios, unumquemque sicut predictum est suo statuto die. Si quis vero, etc.

Facta carta mense marcio in era M^a CC^a XVIII^a, regnante rege Aldefonso in omni regno patris sui regis Sancii. Stabilimentum huius donationis fuit factum in communi capitulo coram presentiam domini nostri Petri episcopi, unde salva reverentia eius ipse est testis. Subsequuntur vero Petrus Martini, prior. Marinus, archidiaconus. Gundissalvus, archidiaconus. Dominicus, archidiaconus. Matheus, maior archidiaconus. Matheus, minor archidiaconus. Gundissalvus, precentor. Gundissalvus, sacrista. Ferrandus Gundissalvi. Domnus Petrus de Moral. Domnus Vincentius de Salas. Domnus Martinus Pelayz. Domnus Michael de Madrigal. Domnus Bovetus. Domnus Gundissalvus nepos archidiaconus Gundissalvus. Domnus Luchas. Domnus Petrus Fulci. Domnus Rodericus. Domnus Gomez. Domnus Ricardus. Domnus Johannes Didaci. Domnus Simeon. Domnus Petrus Johannis. Frater Fernandus Johannis. Domnus Ferrandus Petri de Rebolleda. Domnus Martinus Sesandez, archipresbiter et mayordomus. Domnus Benedictus, scribe et mayordomus, et omnis presens conventus. Martinus Johannis, alcalde. Martinus Ferrandez, alcalde. Romanus, alcalde. Garsias, alcalde. Don Tosten. Petrus Mauro. Petrus Cerbatus, scripsit.

163.

El obispo D. Pedro cede una tierra en Río de Fuentes a Martín González de Contreras y su mujer, a cambio de otra, situada cerca del Hospital real de Burgos. — Abril 7 de 1181.

(Vol. 48, fol. 299, orig., partido en dientes por A. B. C.; en medio del abecedario lleva el signo real; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 46.)

† XPS. A^o. — Sub Patris ac Nati, sub nomine Flamminis almi. — Ego Petrus, Dei gratia Burgensis ecclesie episcopus, cum consensu et voluntate canonicorum eiusdem ecclesie, facio cambium vobiscum domno Martino Gonçalvez et cum uxore vestra domna Maria cuiusdam terre, quod valde utile et necessarium est utrisque; est autem terra ista sita circa Rivum fontis, collaterales ex una parte filii Dominici Falconis, ex alia parte Johanes Martini, ex alia rivus predictus; est autem terra domini Martini, pro qua facimus cambium, circa palatium albergarie, collaterales ex una parte filii Dominici Ferrandi, ex alia parte Martinus Pelaez, ex alia parte filii Petri Pedrez, et insuper accipimus a vobis in roboratione unas luas. Si quis hoc nostrum cambium infringere voluerit, habeat iram Dei et omnium sanctorum et cum Juda Domini proditore penis dampnetur eternis.

Facta carta mense aprilis, VII idus, era M^a CC^a X^a VIII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alionor et filio suo rege Sancio, qui Deo favente est natus Dominica Resurrectionis, in Castella et in Toletto et in Strematura et in Conca et in toto regno suo. Ad maiorem predictorum confirmationem ego rex Aldefonsus una cum uxore mea regina Alionor hanc cartam proprio signo muniri precepi.

† SIGNUM ALDEFONSI, REGIS CASTELLE.

Huius rei sunt testes: 1^a col. Petrus prior, ts. Marinus archidiaconus, ts. Gundissalvus archidiaconus, ts. Mathaeus archidiaconus, ts. Petrus Moral, ts. Garcia Escan-

no, ts. — 2ª col. Matheus archid., ts. Dominicus archid., ts. Gundissalvus sacrista, ts. Ferrandus Petri, ts. Ferrandus Gundissalvi, ts. Et omnis conventus, ts. — 3ª col. Lop Diaz, maiorinus tocius Castelle, ts. Rodericus Guterri, maiorinus curie regis, ts. Gomez Garciez de Roda, alferiz regis, ts. Comes Petrus, ts. Comes Ferrandus, ts. Petrus Petri, notarius episcopi, scripsit.

164.

Alfonso VIII otorga al obispo, cabildo y clérigos de la diócesis de Burgos, las prerrogativas que se expresan, y ampara a los que naufragaren en la costa del Cantábrico u otros mares. — Burgos, mayo 14 de 1181.

(Vol. 5, parte II, fols. 1 y 3, orig.; vol. 71, nºs 2 y 31.)

† XPS. Aω. — In nomine sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. Officium est christiane religionis et ad salutem animarum prestantissimum argumentum et regibus et terrarum principibus specialiter a Domino concessum, ecclesiis et ecclesiarum prelati debitam libertatem clementer concedere, fovere propensius et diligentius honorare, ut per multiplicatos intercessores, reges qui de temporali vocabulo gloriantur cum rege regum et Domino dominantium in eterna felicitate mereantur coronari. Eapropter, ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo rege Sancio, intuitu pietatis pro animabus parentum meorum et corporis mei incolumitate, recognoscens ex benignioris voti solo proposito, divina cooperante gratia, statum meum et regni mei salubriorem consistere, facio cartam donationis, libertatis et absolutionis Deo et Sancte Marie Burgensi ecclesie et vobis dompno Petro, eiusdem ecclesie instanti episcopo, omnibusque ecclesiis et ecclesiarum ministris per diocesim vestram constitutis, cunctis quoque

ecclesiarum tocius regni mei prelati, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et omnibus ecclesiasticis personis, decanis, archidiaconis, sacristis, precentoribus et universis clericis, cuiuscumque sint ordinis, omnibusque naufragis in regno naufragium patientibus, iure hereditario in perpetuum valituram.

Dono itaque, voveo et concedo per me et per omnes successores meos in perpetuum, ut numquam de cetero exigam nec petam aliquid ab ecclesiasticis prelatiis nec a clericis tocius regni mei, cuiuscumque dignitatis vel ordinis sint, per minas, terrorem seu violentiam nisi cum voluntate et beneplacito eorum, et secundum quod meus archiepiscopus mihi consulet et mandabit.

Eodem quoque modo concedo et voveo quod mortuo archiepiscopo aut episcopo aliquo regni mei, seu quolibet alio ecclesiastico prelato, res et possessiones tam mobiles quam immobiles archiepiscopi sive episcopi defuncti sive alterius modi prelati, illese et intacte prelato successuro reserventur, ab ipso libere habende et possidende; nullusque dominus ville nec aluazil nec almoxerif nec merinus nec alcaldu nec saion nec aliquis alius homo domos ecclesiastici prelati defuncti violenter audeat intrare, nec res nec possessiones intrinsecas aut extrinsecas violenter occupare. Absolvo insuper per me et per omnes successores meos in perpetuum omnes clericos tocius regni mei, cuiuscumque dignitatis vel ordinis sint, ab omni posta et facendera et ab omni alteriusmodi pecta que ad regem pertinet.

Mando insuper, voveo et concedo in perpetuum quod nullus naufragus in toto regno meo periculum amissionis rerum suarum incurrat, sed omnes naufragi undecumque ad regnum meum applicuerint, liberi et absoluti cum omnibus rebus suis quas de naufragio eripere potuerunt, ad quascumque partes voluerint secure valeant sine omni molestia, violentia et invasione proficisci. Si quis vero, tam ex meo quam alieno genere huius mee donationis, libertatis et absolutionis paginam in aliquo infringere, inquietare vel diminueri presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda, Domini proditore suppliciiis infernalibus

mancipetur; et insuper regie parti mille libras auri purissime in cauto persolvat, et dampnum quod intulerint archiepiscopis sive episcopis sive quibuslibet alteriusmodi prelatibus aut clericis, cuiuscumque dignitatis vel ordinis sint, aut naufragis vel voces eorum pulsantibus dupplatum proculdubio restituat.

Facta carta Burgis era M^a CC^a XVIII^a, pridie Idus madii, anno quinto ex quo serenissimus rex prefatus Aldefonsus Concham cepit, anno primo quo infantaticum a rege Ferrando, patruo suo, recuperavit, secundo mense ex quo natus est Burgis rex Sancius, prefati Aldefonsi regis Castelle filius.

Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletto, hanc cartam quam fieri mandavi, manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Rodericus Gutierrez, maiordomus curie regis, cf. Gomez Garsie de Roda, alferiz regis, cf. — 1^a col. Raimundus Palentinus eps., cf. Andericus Segontinus eps., cf. Sancius Abulensis eps., cf. Gundisalvus Secobiensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Comes Gomez, cf. Comes Gonsalvus, cf. — 2^a col. Petrus Roderici de Azagra, cf. Didacus Xemenes, cf. Petrus de Arazuri, cf. Petrus Garsie, cf. Alvarus Roderici, cf. Ordonius Garsie, cf. Lupus de Mena, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Gerallus, regis notarius, Petro de Cardona existente cancellario, scripsit ¹.

¹ Un documento igual, a favor del obispado de Segovia, con fecha en Toledo a 19 de diciembre de 1180, publicó MONDÉJAR, *Memorias de Alfonso VIII*, Apéndice, p. 81. SOTA, *ob. cit.*, p. 592, menciona también este documento. Por lo que hace a éste de Burgos, Alfonso X le explicó en 1255 de este modo: «Establesco daqui adelant pora siempre jamas que cada que muriere el obispo de Burgos, que todas las cosas que oviere a la sazón que finare, que finquen salvas et seguras en iuro et en poder del cabildo; et que ninguno non sea osado de tomar nin de forçar nin de robar ninguna cosa dellas. Et otrosi mando et otorgo quel mio omme non tome nin robe ninguna cosa de las que fueron del obispo, mas que las guarde et las ampare con el omme que el cabildo diere para el otro obispo que vinniere» (vol. 71, n.º 29, copia). Esta determinación de Alfonso VIII obedecía simplemente al cumplimiento de la legislación eclesiástica,

165.

Lucio III ratifica la exención de metropolitano y la dependencia directa de la Santa Sede, que gozan los obispos de Burgos, declarando no prescribirán contra ella las señales de honra y homenajes que dichos obispos prestaren al arzobispo de Toledo. — Roma, enero 2 de 1182.

(Vol. 71, nº 74.)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Marino Burgensi episcopo, sal. et apost. ben. — Iniuncti nobis a Deo summi pontificatus officium nos ammonet multipliciter et invitat ut fratribus nostris episcopis iura sua integra debeamus et illibata servare, et ipsos in postulationibus suis libenti animo exaudire. Eapropter, venerabilis in Christo frater episcopo, iustis postulationibus tuis grato concurrentes assensu, personam tuam in ea libertate volumus de cetero permanere in qua predecessores tui permansisse noscuntur, statuentes ut nulli persone nisi tantum Romano Pontifici debeas esse subiectus aut in aliquo respondere. Preterea, si quid honoris et reverentie aut obsequii Toletano archiepiscopo vel alii aliquando ex gratia impenderis, hec in preiudicium iuris vel dignitatis tue aut ecclesie tibi commisse decernimus nullo tempore redundare. Ut autem hec institutio futuris temporibus inviolabiliter conservetur, eam auctoritate Sedis Apostolice confirmamus. Nulli ergo, etc. Datum Laterani IV nonas januarii.

proclamada en el Concilio de Clermont y reiterada por Calixto II, Inocencio II y otros papas. En 1137 y 1150 el rey de Aragón otorgó idéntico documento a favor de la catedral de Barcelona (VILLANUÑO, *Concilios*, t. II, pp. 465 y 478).

166.

Bula pancarta de Lucio III confirmando a la dignidad episcopal de Burgos sus preeminencias y posesiones. — Roma, enero 7 de 1182.

(Vol. 18, fol. 30, orig.; vol. 70, n° 77.)

Es idéntica a la de Alejandro III ¹ hasta la frase *ex dono Petri Carrielli*, que dice así:

Ex dono Petri Carrielli medietatem unius ville que Arraia dicitur, Villam Alburam et Urtegam cum omnibus pertinentiis suis. In Monte de Auca hospitale quod dicitur Areture ², et aliud hospitale quod dicitur Valbona. In villa que dicitur Arlanzon hospitale S. Jacobi. In villa Frandovidez hereditates que fuerunt Elvire et Christine, nobilium mulierum ³. In villa que dicitur Oterdaos ecclesiam S. Johannis cum hospitale et collaciis et domibus et omnibus pertinentiis suis. In Campo monasterium Sancte Marie de Frassino et monasterium S. Stephani de Oto ⁴. In Asturiis monasterium S. Facundi de Silio et villam que dicitur Turres. In Mena monasterium S. Juliani cum omnibus pertinentiis suis. In Castilla Quintanazar ⁵ cum omnibus pertinentiis suis. Ad exemplar quoque, etc.

Rueda: † Adiuba nos Deus salutaris noster. Lucius PP. III. BENEVALETE. — Ego Lucius catholice ecclesie eps., ss. Ego Theodinus Portuensis et Sancte Rufine sedis episcopus, s. Ego Paulus Prenestinus eps., s. — 1ª col. Ego Petrus, tt. Sanc-

¹ Entre los monasterios de la diócesis, donde goza algún derecho el obispo, pone también al de Silos, que había sido omitido en la bula de este papa.

² Arreturas, de que se habla en otro documento más adelante.

³ Eran descendientes de Alvar Fáñez, como consta por una escritura del monasterio de Villamayor de los Montes.

⁴ Villota de Helines.

⁵ Quintanajuar, en tierra de Ubierna.

te Susanne, presb. Card., s. Ego Cinthus, presb. Card., tt. Sancte Cecilie, s. Ego Hugo, presb. Card., tt. S. Clementis, s. Ego Arduinus, presb. Card., tt. Sancte Crucis in Hierusalem, s. Ego Matheus, presb. Card., tt. S. Marcelli, s. Ego Laborans, presb. Card. Sancte Marie trans Tiberim, tt. Calixti, s. — 2ª col. Ego Jacobus, diac. Card. Sancte Marie in Cosmedyn, s. Ego Raynerius, diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum, s. Ego Gratianus Sanctorum Cosme et Damiani, diac. Card., s. Ego Raynerius, diac. Card. S. Adriani, s. 1.

Datum Laterani per manum Alberti, Sancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis et cancellarii, VII idus januarii, indictione XV, Incarnationis Dominice anno Mº Centesimo LXXXIº, pontificatus vero domini Lucii Pape III anno primo.

167.

Lucio III encomienda a los obispos de Sigüenza y Orense el conocimiento y sentencia del litigio existente entre los de Burgos y Oviedo sobre límites diocesanos. — Roma, enero 8 de 1182.

(Vol. 71, nº 73.)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Seguntinensi et Auriensi episcopis sal. et apost. ben. — Causam que inter venerabiles fratres nostros Ovetensem et Burgensem episcopos super quibusdam ecclesiis et rebus aliis vertitur, de assensu Burgensis episcopi et nuncii adverse partis, eis apud sedem apostolicam constitutis, vestre duximus experientie comittendam. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus post proximum festum Omnium Sanctorum, infra triginta dies, ante

¹ Todas las suscripciones, comenzando por la del papa, son autógrafas.

vestram presentiam convocetis; et rationibus hinc inde plenius auditis et cognitis, prescriptam causam nullis litteris obstantibus concordia vel iudicio finiat. Si qua vero parciū duxerit appellandum, nichilominus recipiatis testes qui fuerint hinc inde producti, et attestaciones studiosius conscribentes, prefigatis partibus terminum competentem in quo per sufficientes responsales, cum attestacionibus et allegationibus sigillis vestris signatis ad Apostolicam Sedem accedant. Noveritis autem quod prefato Burgensi propter novitatem suam et itineris laborem indulsumus ut ante prescriptum festum non valeat de predictis questionibus conveniri. Datum VI idus januarii.

168.

Lucio III agrega a los jueces ya indicados para el litigio entre los obispos de Burgos y Oviedo, al de Palencia. — Roma, febrero 19 de 1182.

(Vol. 71, n° 76.)

Lucius episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus Palentino, Auriensi et Seguntino episcopis sal. et apost. ben. — Causam que inter venerabiles fratres Ovetensem et Burgensem episcopos super quibusdam ecclesiis et aliis capitulis vertitur, apud nos Burgensi episcopo constituto et nuncio episcopi Ovetensis, vobis fratribus Seguntino et Auriensi commissimus iudicandam. Postmodum vero cum dilectus filius noster G. archidiaconus Ovetensis ad Sedem Apostolicam accessisset et proposuisset te fratrem Seguntinum fuisse in causa ipsa Burgensis ecclesie advocatum, ad petitionem eiusdem archidiaconi, de assensu dilecti filii P. Toletani electi ¹, qui pro Burgensi episcopo respondebat, te fratrem Palentinum duximus adiungendum. Quocirca fraternitati

¹ Pedro de Cardona, canceller del rey.

vestre per apostolica scripta mandamus quatinus cum propter hoc fueritis requisiti, partes ante vestram presentiam convocetis, et in causa iuxta tenorem prime commissionis sine personarum acceptione contradictione postposita procedatis. Si autem omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani XI kalendas marcii.

169.

La condesa doña Mayor renuncia a cualquier derecho que pudiere tener en la propiedad del hospital de Tardajos y sus dependencias, dados al cabildo de Burgos y al obispo D. Pedro por los padres de la otorgante. — Mayo 27 de 1182.

(Vol. 36, fol. 2, orig.; SALAZAR, «Pruebas», p. 623.)

In Dei nomine. — Ego cometissa domna Maior ¹ hereditatem de albergeria de Oterdaios et de Paramo et de Villa Ymara ² cum omnibus collaciis et pertinentiis suis, quam pater et mater mea dederunt ecclesie beate Marię Burgis et episcopo Petro ego dono et concedo eam ab omni integritate ecclesie supradicte et Marino episcopo, pro animabus patris et matris mee et salutem anime mee ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Et in roboratione et concessione huius dati unas luas accipio, unde sum multum peccata. Si quis hoc meum factum temptare voluerit, habeat iram Dei et in cotum domini terre M. morabetinos persolvat. Facta carta VII kalendas junii in era M^a CC^a XX^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienore regina in Toletto et

¹ Mujer del conde Fernando Núñez de Lara, alférez mayor de Alfonso VIII (SALAZAR, *Casa de Lara*, t. III, p. 24).

² Villimar.

Conqua et Strematura et Castella. Huius rei sunt testes: Gonsalvo Gonsalvez de Quintanilla. Guter Ferrandez de Zorita. Munio Martinez de Ovirna. Domno Galvan. Rodericus Petrez de Caviola. Domnus Johanes Matheus et suis suprinis. Petrus Ponz et Petrus Rolland. Martinus Johanes, alcalde. Petrus Archer. Johanes Rolland. Martinus Antoninez. Johanas Petrez. Martinus Johanis de la Plana. Paulus fecit.

170.

Doña María Manrique da a la catedral y al obispo sus derechos sobre unas casas, sitas en Burgos, barrio de San Román, y sobre un majuelo, en término municipal de la ciudad. — Mayo 27 de 1182.

(Vol. 40, fol. 232, orig.)

In Dei nomine. — Ego domna Maria, filia comitis Amalrici ¹, pro animabus patris et matris mee, et pro remissione peccatorum meorum dono et concedo Deo et ecclesie Sancte Marie Burgensi et domno episcopo Marino et omnibus successoribus eius, et omni conventui, totum quantum habeo et habere debeo in illas casas qui sunt in Burgis, scilicet in barrio S. Romani, que fuerunt ex patre et matre mea, tam hedificatum quam non hedificatum. Etiam dono et concedo vobis totum quantum habeo et habere debeo in illo maiolo quod est ibi in terminum Burgis, inter molendinum quod fuit Guillelmi Malarzon, et molendinum quod est prioris Petri ecclesie Sancte Marie, et iuxta flumen, ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum; et in roboracione et concessione huius dati unas luas accipio, unde sum pac-

¹ María Manrique, casada con D. Diego López de Haro, y por ende cuñada de la reina de León doña Urraca López (SALAZAR, *Casa de Lara*, t. I, p. 127); CASTRO, *Crónica*, p. 176, afirma que su marido fué Diego López de Henar, hijo del conde Lope.

cata. Si quis hoc meum datum ex progenie mea vel aliena temptare voluerit, in primis habeat iram Dei, et in cotum domini terre M. morabitanos persolvat.

Facta carta VI kalendas junii in era M^a CC^a XX^a regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienore regina in Toledo et Conqua et Strematura et Castella. Et ego cometissa domna Milia, quę hoc in pignis teneo, concedo et confirmo hoc totum quod facit mea consuprina Deo et Sancte Marię. Huius rei testes: Petrus Gonsalvez, filius Gonsalvo Roiz Dus, cf. Ferrand Pelaez de Colinas, cf. Munio Petrez de Arnillas, cf. Martinus Garsiez de Valdeviesso, cf. Ruderico Munio de Saldanna, cf. Martinus Johanes, alcalde, cf. Petrus Niagro, cf. Johanes, filius Misal, cf. Petrus Infant, cf. Martinus Johannis de la Plana, cf. Johanes de la Filia, cf. Domno Vermudo de Agosin, cf. Saturninus capellanus cometissa domna Milia, cf. Paulus fecit.

171.

El conde Pedro Manrique, señor de Molina, ratifica la donación contenida en la escritura anterior, como hermano que es de doña María Manrique, renunciando también sus derechos en dichas propiedades. — Abril 23 de 1183.

(Vol. 40, fol. 233, orig.)

Es el mismo texto que la escritura anterior, salvo el nombre del otorgante y exceptuando lo siguiente:

Ego cometissa domna Milia, quę hoc in pignus teneo, concedo et confirmo hoc totum quod facit consuprinus meus Deo et Sancte Marie. Facta carta X kalendas aprilis in era M^a CC^a XXI. Huius rei testes: 1^a col. Comes Fredinandus, cf. Gundissalvus Nunnez, cf. Domnus Amalricus ¹, cf.

¹ Hermano del conde D. Pedro.

Domnus Egidius, cf. Domnus Petrus, cf. — 2ª col. Guterrius Pelaez de Vallebona, cf. Petrus Martini de Sancta Maria del Campo, cf. Rudericus Garsiez de Fageda, cf. Petrus Petrez de Arnillas, cf. Petrus Martini del Cadafalso, cf. Petrus Gonsalvez de Siones, cf. Johanes Rolland, cf. Petrus Rolland, cf. Petrus Martinez, cf. Michaelle, cf. Johanes Dionisio minor, cf. Martinus Johanis, alcalde, cf. Ego comes Petrus ¹, qui hanc cartam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo, et in roboracione accepi unas luas. Paulus fecit ².

¹ Sobre este personaje, SALAZAR, *Casa de Lara*, tomo I, página 135.

² Correspondientes a este año de 1183 notamos las donaciones que siguen: doña Toda Lainez, hija de D. Lain de Peñahorada, otorga a la iglesia de Burgos y su obispo Marino la cuarta parte de Quintanajuar con la hacienda correspondiente, siendo testigos: Rodrigo Sánchez, Rodrigo Pérez de Briviesca, Alvar Gastón, Muño Fernández de Ubierna, Rodrigo Martínez de Peñahorada, Martín Cardeña, Pedro Mena, Pedro Ponz y D. Tosten. Su fecha, 21 de abril (vol. 32, fol. 230).

Juan Maté dota una lámpara perpetua ante el altar mayor de la catedral, y funda un aniversario por su mujer Orpesa, para el cual asigna la villa de Villaunaba, siendo testigos los alcaldes Martín Ibáñez, Martín Fernández y D. García, Pedro Ponce, Juan Dionisio menor, Perronet, juez de la Llana, Pedro Martínez de Vivar y Juan Sennal. Fecha, 13 de junio (vol. 41, p. II, fol. 1, orig.; vol. 70, n.º 84).

Don Español y su mujer Juliana eligen sepultura en la catedral y la dotan con sus bienes de Burgos y Villagonzalo, siendo testigos: D. Perronet, juez; Pere Giralth, D. Liazar, Guillermo Bordel, Esteban Amerlan, Pedro de Oca, Domingo Pérez y Pedro, porteros del rey. Su fecha, mes de septiembre (volumen 70, n.º 225).

172.

Alfonso VIII otorga a los pueblos de Valdemoro y Quintanilla ciertos fueros de Castrogeriz, y declara anulados los que antes regían en dichos pueblos en cuanto a la tributación. — Burgos, mayo 7 de 1183.

(Vol. 32, fol. 232, orig.)

† XPS. Aω. — In nomine sancte et individue Trinitatis. — Notum sit et manifestum presentibus et futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, dono et concedo vobis toto concilio de Valle de Moro et toti concilio de Quintanella ¹, presentibus et futuris, tale forum et consuetudinem quale habet concilium de Castro Soriz in villa sua, ut pectetis eodem modo quomodo pectant homines de Castro Soriz. Et illud forum quod hactenus habuistis vobis aufero, destruo et irritum esse mando. Siquis vero hanc cartam in aliquo infringere presumpserit, iram Dei omnīpotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore suppliciis infernalibus mancipetur, et insuper regie parti mille aureos persolvat, et dampnum quod intulerit vobis prefatis duobus conciliis vel vocem vestram pulsanti dupplatum restituat.

Facta carta Burgis era M^a CC^a XXI^a, nonas madii. Et ego rex A., regnans in Castella et Toleto, hanc cartam quam fieri mandavi manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. Gundisalvus Toletane ecclesie archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Marinus Burgensis episcopus, cf. Raimundus Palentinus eps., cf. Ardericus Segontinus eps., cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Gundisalvus Secobiensis eps., cf.

¹ Estos dos pueblos fueron dados al obispo Mauricio en 22 de junio de 1221 por Fernando III; estaban en el camino de Santiago, cerca de Hontanas (SERRANO, *Don Mauricio*, p. 49).

Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. — 2ª col. Petrus Roderici de Azagra, cf. Didacus Xemenez, cf. Petrus Ferrandi, cf. Petrus Garsie, cf. Alvarus Roderici de Maxilla, cf. Lupus de Mena, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Geraldus, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

173.

Alfonso VIII cede al obispo y catedral de Burgos la propiedad del monasterio de San Martín de Mazcuerras, con todas sus dependencias y vasallos. — Burgos, enero 13 de 1184.

(Vol. 34, fol. 314, orig.; vol. 71, nº 130.)

† XPS. Aw — In nomine Domini, amen. — Inter cetera pietatis opera potissimum est et regibus specialiter conveniens ecclesias diligere et venerari, et easdem regalibus donis sublimare. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate spontanea, intuitu pietatis ac misericordie, pro animabus parentum meorum et salute propria, facio cartam donationis et concessionis Deo et ecclesie beate Dei genitricis virginis Marie Burgensi et vobis donno Marino, eiusdem ecclesie instanti episcopo, et omnibus successoribus vestris, et universo eiusdem ecclesie capitulo presenti atque futuro in perpetuum valituram. Dono itaque et concedo vobis monasterium Sancti Martini de Mescorez ¹, quod est in Asturiis de Sancta Juliana, in alfoz de Cabezón situm, totum ex integro cum ingressibus et egressibus, cum terminis et frontariis, et cum omnibus ecclesiis suis, cum collaciis et

¹ Mazcuerras, cerca de Cabezón de la Sal. Estando Fernando III en Muñó el 16 de diciembre de 1219 ordenó que los vasallos de este monasterio *non debent pectare homicidium cum hominibus de Cabezone, neque dare pectum regi, neque conductum rico homini nisi episcopo* (vol. 34, fol. 346, orig.).

solaribus populatis et heremis, cum terris, ortis, pratis, pascu-
cuis, aquis, cum montibus et fontibus et arboribus fructuosis
et infructuosis, et cum omnibus directuris et pertinenciis
suis, iure hereditario in perpetuum habendum et irrevocabi-
liter libere et quiete omni tempore possidendum. Si quis
verò huius mee donationis et concessionis, etc.

Facta carta Burgis era M^a CC^a XXII^a, idibus januarii. Et
ego rex A. regnans in Castilla et Toletó, hanc cartam quam
feri mandavi manu propria roboro et confirmo. Gundissal-
vus Toletane ecclesie archiepiscopus, etc. † SIGNUM ALDEFON-
SI REGIS CASTELLE. — 1^a col. Ardericus Segontinus eps. et
Palentinus electus, cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Michael
Oxomensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Comes
Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Comes Gundissalvus, cf. Ro-
dericus Guterrez, maiordomus curie regis. Didacus Lupi,
alferiz regis. — 2^a col. Didacus Xemeniz, cf. Petrus Roderici
de Azatgra, cf. Petrus Ferrandi, cf. Petrus Garsie, cf. Alvarus
Roderici de Maxilla, cf. Petrus Roderici de Gozman, cf. Lop
Diaz, merinus regis in Castilla. Magister Geraldus, regis
notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

174.

*El conde D. Gonzalo vende por sesenta y dos marave-
dís su haber en Ríoseras, siendo los compradores D. Ma-
rino y su mujer Sancha. — Hita, mayo 4 de 1184.*

(Vol. 70, n^o 224.)

In Dei nomine. — Ego Comde don Gonzalvo ¹ de bona
voluntate vendo ad vos don Marin et a vestra mugier dona
Sancha quantum ego habeo in Rivo de Seras, vineas et terras

¹ Debe ser el conde Gonzalo Ruiz de Bureba, alférez de Alfon-
so VIII en 1177. Pudiera ser también el conde Gonzalo de Marañón;
pero la escritura que mencionamos al año siguiente, otorgada por el
primero, aboga en favor suyo.

et casas et solares et molinos et ortos: todo vollo vendo per LXII mor. derecheros de oro et de peso, et so dellos pagado. Facta carta apud Fita era M^a CC^a XXII, III^o nonas may. Rodericus Gutterriz, maiordomus curie regis, ts. Lop Diaz, merinus, ts. Didacus Lupiz, alferiz, ts. Gutter Diaz de Celada, ts. Gonzalvo Johannes de Rio Cerezo, ts. Gonzalvo Gonzalviz de Quintanilla, ts. Didacus Gunsalvi de Quintanilla, ts. Martin Felicis, ts. Martin Martinez, ts. Martinus Johannis de Peral, ts. Gonzalvus Petri, ts. Gutier Pelayz, ts. Petrus, capellanus regis, ts. Petrus Sancii, amo de la Ynfante, ts. Martinus Sanchez, ts. Regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina in Castella et Toletto. Ferrandus scripsit.

175.

Acuerdo entre los obispos de Burgos y Oviedo sobre límites diocesanos por tierra de Asturias de Santillana. — Sahagún, julio 4 de 1184.

(Vol. 37, fol. 427, orig.)

In nomine Domini. — Hec est convenientia quam nos Adefonsus, Auriensis episcopus, et Aldericus, Palentinus episcopus, delegati iudices a domino Papa Lucio tercio super causa que vertebatur inter Burgensem et Ovetensem ecclesias et earum episcopos, R. Ovetensem et M. Burgensem, de consensu utriusque partis fecimus. Controversia talis erat: Ovetensis ecclesia a Burgensi ecclesias positas a flumine Deva usque ad Bizcayam et de Campo et de Mena et de Pozazal¹ petebat, quas dicebat esse de sua diocesi secundum divisionem regis Bambe, et quarum possessionem dicebat ecclesiam suam habuisse temporibus Martini et Pelagii epis-

¹ Tierra de Reinosa, donde existe aún un pueblo de este nombre.

coporum Ovetensium, unde petebat sibi earum restitutionem debere fieri. E contra vero Burgensis ecclesia inficiabatur predictas ecclesias ad Ovetensem pertinere ecclesiam, asseverans eas diocesana lege sibi esse subiectas, et earum possessionem inficiabatur Ovetensem ecclesiam habuisse. Proponebat etiam se longissimo tempore sine aliqua inquietatione eas possedissee. Preterea petebat ad Ovetensi ecclesia quatuor ecclesias, scilicet S. Vincencium de Panes, et ecclesiam de Cilergo, et ecclesiam de Merorvio et ecclesiam de Belva, quas dicebat ad Burgensem episcopatum pertinere ¹. Quod Ovetensis ecclesia penitus inficiabatur.

Nos vero predicti, Adefonsus Auriensis et Aldericus Palentinus episcopi, mandatum apostolicum volentes prosequi, quod est, ut concordia vel sententia iam dictam causam terminaremus, apud monasterium S. Facundi convenientes talem inter eos, de consensu utriusque partis, fecimus transactionem: renunciavit siquidem Ovetensis episcopus petitioni et omni iuri, si quod ei competeabat, in ecclesiis omnibus quas a Burgensi petebat; insuper in verbo veritatis promisit quod de cetero super hoc nullatenus Burgensem ecclesiam inquietaret, et faceret quod capitulum Ovetensis ratam istam conventionem haberet. Hoc idem fratres sui, qui cum eo presentes erant, fecerunt et promiserunt, quorum subscriptiones infra annexe sunt. Predictus vero Burgensis episcopus renunciavit petitioni et omni iuri, si quod ei competeabat, in predictis quatuor ecclesiis, quas ab Ovetensi petebat, et promisit in verbo veritatis quod super his quatuor ecclesiis de cetero non moveret questionem. Promisit etiam quod nullam iniuriam faceret Ovetensi ecclesie super monasterio Sancte Marie de Eremo ², cum omnibus ecclesiis sibi subiectis, quod cum omnibus pertinenciis suis est de proprietate Ovetensis ecclesie, salvo iure Burgensis ecclesie, quod antiquitus in illis habuit. Insuper in verbo veritatis

¹ Estos pueblos pertenecen a la provincia de Asturias, y lindan con Santander por tierras del Deva; Bielsa, sin embargo, es de esta última provincia.

² Santa María del Yermo, en Cohicilos.

promisit quod de cetero super hoc nullatenus Ovetensem ecclesiam inquietaret, et faceret quod capitulum Burgense ratam istam conventionem haberet.

Preterea, predictus Burgensis episcopus cum non haberet possessiones in regno illustris regis Fernandi, et ecclesia Ovetensis quamplures expensas pro iam dicta causa fecisset, eidem ecclesie dedit racione impensarum et transactionis septingentos morabitanos, de quibus ematur possessio que perpetuo iure sit Ovetensis ecclesie. Ut autem hec carta perpetuam habeat firmitatem, sigilla nostra apponi iussimus, et etiam sigilla predictorum episcoporum.

Facta est transactio in Monasterio S. Facundi era M^a CC^a XX^a II^a, pridie nonas junii, presentibus quampluribus sapientibus, honestis et religiosis viris, scilicet Johane abbate S. Facundi, et Paschali abbate de Benevivere, Bernardo et Martino, archidiaconibus palentinis, Geraldo, archidiacono Legionensi, Achilla, Cantore Auriensi, Fernando Petri de Villa Oveco, Gundissalvo Petri de Avin, Pelagio Johanis de Barros, Pelagio Johanis de Ribota, Suario Deldato, Martino Salmero militibus, et canonicis Palentinis Nicholao Martini, Magistro Poncio, Magistro Johane, Didaco Guterri, Didaco Petri et Fusellensibus Canonicis Pascasio et Sancio.

1^a col. † Ego Rudericus Ovetensis episcopus, s. † Ego Marinus Burgensis episcopus, s. † Ego Odo Burgensis archidiaconus, s. † Ego Gundissalvus, sacrista Burgensis, s. † Ego Michael de Madrigal, s. † Ego Ferrandus Petri de Rebolleda, s. † Ego Garsia de Escano, s. † Ego Benedictus, s. † Ego Petrus Jhohanis, s. † Ego Dominicus, s. † Ego Johannes Sturnini. † Ego Parisius, s. † Ego Johannes, s. † Ego Martinus, Magister de Sancta Juliana, s. † Subscrisiones Burgenses.

2^a col. † Ego Gundissalvus Ovetensis archidiaconus, s. † Ego Menendus Ovetensis archidiaconus, s. † Ego Menendus Ovetensis archidiaconus, s. † Ego Johannes archidiaconus Ovetensis, s. † Ego Alfonsus, magister scholarum Ovetensis ecclesie, s. † Ego Bruno Ovetensis canonicus, s. † Ego Ysidorus Ovetensis canonicus, s. † Ego Johannes capellanus Ovetensis, s. † Ego Ordonus Garcie Ovetensis, s. † Ego Martinus Alfonsi Ovetensis, s.

3^a col. † Ego Alfonsus Auriensis episcopus, s. † Ego Ardericus Palentinus episcopus, s. † Ego Thomas Legionensis archidiaconus, s. † Ego Petrus Legionensis archidiaconus, s. † Ego Magister Munius Compostellanus iudex, s. † Ego Garsea, abbas de Arvas ¹.

Super hac transactione seu compositione quinque carte facte sunt, quarum una est monasterio S. Facundi, alia in Auriensi ecclesia, scilicet S. Martini, tertia in Ovetensi ecclesia, quarta in Palentina ecclesia, quinta in Burgensi ecclesia.

† Ego Rodericus Martini Ovetensis de mandato iudicum et utriusque partis scripsi et subscribo ².

176.

Lucio III faculta al obispo de Burgos para lanzar penas de excomuni6n y suspensi6n contra los jefes de cabildos y cl6rigos que rehusaren someterse a la correcci6n episcopal. — Verona, febrero 8 de 1185.

(Vol. 71, n° 71.)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Burgensi episcopo sal. et apost. ben. — Litteras fraternitatis tue ea qua decuit benignitate recepimus, et petitiones tuas in quantum cum Deo potuimus curavimus exaudire. Hoc enim in proposito gerimus ut fratres et coepiscopos nostros intime caritatis affectu diligamus, eosque in suis iusticiis studeamus in Domino confovere. Sane quia significatum est nobis ex parte tua quod quidam clerici tue diocesis et ad tuum regimen pertinentes correctiones tuas et que in penam delinquentium statuis nequaquam reverentia debita susci-

¹ Todas estas firmas, desde la columna primera, son autógrafas.

² Llevaba cuatro sellos pendientes, de los que sólo se conserva el del obispo de Oviedo.

piunt vel observant; nos plenitudini officii tui eorumque salutis volentes pariter providere, presentium tibi auctoritate concedimus, ut prelatos et clericos ecclesiarum tam conventualium quam aliarum que ad tuum ius pertinere noscuntur, libere corrigere valeas, et in eos pro diversitate peccantium et qualitate culparum suspensionis vel excommunicationis sententiam canonice promulgare. Datum Verone VI Idus febraioi.

177.

Lucio III notifica a los prelados y clérigos de la diócesis de Burgos las atribuciones que su obispo ha recibido en orden a su corrección, agregando que no admitirá recurso alguno contra las disposiciones que tomare sobre este particular. — Verona, febrero 8 de 1185.

(Vol. 71, nº 72.)

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ecclesiarum prelati et ceteris clericis ad Burgensem ecclesiam pertinentibus salutem et apostolicam benedictionem. Sicut nostro inminet officio providendum ne prelati ecclesiarum subditos suos indebitis molestiis vel oppressionibus inquietent, ita vigilantibus volumus sollicitudine providere ne subditi prelati suis reverentiam debitam subtrahant et honorem, ut dum secundum regulas equitatis unicuique quod suum est debita fuerit affectione impensum, vinculum caritatis ecclesie inviolabiliter observetur, et tam in prelati quam subditi clericali ordinis disciplina spiritualia recipiat largiente Domino incrementa. Unde quia, sicut accepimus, quidam vestrum minime attendentes correctiones venerabilis fratris nostri episcopi vestri, et ea que in excessus delinquentium statuit nequaquam reverentia debita suscipiunt et observant, universitati vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus, omni deposito elationis tumore,

pretaxati episcopi vestri correctiones et mandata et ea que in incessus delinquentium canonice statuerit, suscipiatis humiliter et servetis, eique reverentiam debitam studeatis in omnibus extibere. Alioquin nos eidem episcopo concedimus facultatem ut clericos sue diocesis, qui ad correctionem eius pertinere noscuntur, pro excessuum qualitate suspensionis et excommunicationis censura percellat. Nos autem sententiam eius, quam rationabiliter promulgabit, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem congruam inviolabiliter observari. Datum Verone VI idus februarii.

178.

Lucio III manda al obispo de Calahorra comparezca ante el tribunal de los obispos de Osma y Sigüenza a responder de varias villas que según el obispo de Burgos le tiene usurpadas. — Verona, febrero 8 de 1185.

(Vol. 71, n° 75.)

Lucius episcopus, serv. serv. Dei, venerabili fratri Calagurritano episcopo sal. et apost. ben.—Significavit nobis venerabilis frater noster Burgensis episcopus quod ecclesiam S. Dominici de Calciata iniuste detines, et quasdam alias, Labrillos¹, Miranda, Baracaldo, in Burgensi diocesi constitutas et ad Burgensem ecclesiam pertinentes invasisti, easque retines occupatas. Super quo, licet iam pridem tibi dederimus in mandatis ut ecclesias ipsas eidem episcopo restitueres, nondum tamen suam consequi potuit rationem. Nolentes igitur ut pro defectu iusticie hec questio replicetur, venerabilibus fratribus nostris Oxomensi et Seguntino episcopis causam istam commisimus, apellatione remota fine canonico terminandam. Ideoque discretioni tue per apostolica

¹ Ibrillos, partido judicial de Belorado, cercano a Grañón.

scripta precipiendo mandamus quatinus cum ab eisdem episcopis propter hoc fueris evocatus, ad presentiam ipsorum accedas et iudicium eorum super hiis, appellatione cessante, suscipias firmiter et observes. Datum Verone VI idus febroarii.

179.

Domingo González vende a su cuñado Martín Pérez cuanto derecho le corresponde en el molino de Posadillo, por una pasada de tierra y ocho maravedís de oro. — Marzo de 1185.

(Vol. 70, n° 120.)

In Dei nomine. — Ego Dominicus Gonzalvez de mea bona voluntate facio cambium cum tibi Martinus Peidrez meo cognato et uxore tua mia hermana Eulalia de illa propria mea parte que habeo en el molino de Posadillo, en ambas las muelas, en el de dentro et en el de foras, todo quanto ad me pertinet cum meos fratres una vice o de dia o de nocte a cabo de XV dias, et una tercia de una vez a cabo de XV dias otrosi, per unam passatam terre que prendo de vos in cambio, cum intrada et con exida, en vestra casa en barrio Sancti Johannis, et de suso VIII mor. directos de bono auro et de peso et de cruz, et so de illis pagado. Facta carta mense Marcio in era M^a CC^a XXIII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor en Burgos et en Toledo et en Concha et in omni regno suo. Unde sunt testes: Petro Maloamico. Martino Serrano. Gil. Johannes Martinez. Johanne Dominice (*sic*). Petro Martinez. Petro Barba. Johannes Gonzalvez. Petro Gal, scripsit.

180.

Alfonso VIII concede a la catedral y obispo de Burgos la iglesia de San Juan de Ordejón. — Alconchel, abril 14 de 1185.

(Vol. 83, fol. 191, orig., perg.; vol. 71, n° 125.)

† XPS. A^o. — Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, intuitu Dei, pro salute anime mee dono et concedo Deo et beate Marie Burgensi ecclesie et vobis domno Marino, eiusdem ecclesie instanti episcopo, et omnibus successoribus vestris monasterium Sancti Johannis, quod est in Orzeion ¹, cum omnibus hereditatibus et pertinenciis suis, cum collacis et solaribus populatis et heremis, cum cultis et incultis, cum pratis, pascuis et aquis, integre, iure hereditario in perpetuum habendum et irrevocabiliter possidendum. Si quis vero huius me (*sic*) donationis paginam infringere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat.

Facta carta apud Alconchel era M^a CC^a XXIII^a, VIII^o X^o kalendas madii. Et ego rex A. regnans in Castella et Toletu, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Yspaniarum primas, cf. — 1^a col. Johannes Conchensis eps., cf. Ardericus Palentinus episcopus, cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Garsias Oxomensis eps., cf. Comes Ferrandus, cf. Comes Gundissalvus, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. — 2^a col. Didacus Xemenez, cf. Gomes Garsie, cf. Gundissalvus Copellini, cf. Sancius Martini, cf. Petrus Ferrandi, cf. Lupo Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

¹ San Juan u Ordejón de Arriba, en tierra de Villadiego.

181.

Fernando Peláez vende al obispo de Burgos su propiedad en Lodoso por trescientos maravedís. — Abril 25 de 1185.

(Vol. 29, fol. 326, orig.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Ferrand Pelaiez bona voluntate do et concedo vobis domino M. Burgensi episcopo, et ecclesie beate Marie, totam illam hereditatem quam habeo in Lodoso, scilicet, solares populos et populandos, terras, vineas, ortos, molinos, montes, fontes, pascua, prata, ingressus et regressus, quantum in predicta villa michi pertinet, per CCC. morb. ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum; et accepi a vobis unas luas in roboramentum. Si quis autem ex mea proienie vel extranea hunc nostrum datum infringere voluerit, in primis iram Dei habeat, et in coto regi terre mille aureos pectet. Facta carta VII^o kalendas mai era M^a CC^a XXIII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alionor in omni regno suo. Huius rei sunt testes: domina cometissa Milia. Martinus Johanis, alcalde et Martinus Johanis, al. et Martin Ferrandez, al. Roi Escaza. Martinus Cardenna. Ferrand Roiz. Ferrand Vieio. Don Sancho, filius de Gartia Roiz. Diago Carro. Don Mathe de Cortes. Petrus Gutterez. Petrus Mahamud. Cid de Villa inferno. Gonzalvo de Villa inferno. Dcmnus Parisius ¹, scripsit.

¹ Parece fué hijo de Pedro Parigi, que en 1167 dió bienes a la Orden de Calatrava en términos de Anñón (*Bol. Ac. Hist.*, t. XXXV, pp. 35 y 97).

182.

Concordia entre el obispo de Burgos y el monasterio de San Juan de Burgos sobre derechos episcopales en una iglesia de dicho monasterio, sita en Castro Urdiales. — Julio 18 de 1185.

(Vol. 27, fol. 19, orig., con el sello pendiente del obispo de Burgos.)

Hec est concordia facta super discordia quę versabatur inter Burgensem episcopum, priorem S. Johannis, et clericos ville quę dicitur Castrum de Ordiales, de quibusdam ecclesiis in eadem villa constructis. Origo autem et causa huius discordię extitit quod Burgensis episcopus de quadam ecclesia ipsius prioris in predicta villa noviter edificata, iura episcopalia petens, nullatenus valebat consequi, nec ius aliquod, renitente priore, sibi poterat vindicare. Unde quibusdam clericis eiusdem ville, qui se dicebant violenter eiectos per priorem de quadam antiqua ecclesia, pro qua postea prior novam edificavit, licentiam dedit aliam ecclesiam in eadem villa construendi, et auctoritatem divina ibidem publice populo celebrandi. Cumque pars utraque super hoc ad litigium processisset, post multas altercationes, de consensu episcopi et utriusque partis conventia, hec inter eos fuit adhibita compositio, quatinus in ecclesia prioris episcopus terciam partem primiciarum et decimarum sibi vendicet, reliquo episcopali iure nullatenus iminuto, clericorum ecclesia, quę de novo surrexerat, penitus destructa. Hoc diligenter observato, si capellanus, quem prior ad celebranda ministeria in prefata ecclesia posuerit, contra ordinem deliquerit, ab archipresbitero non corrigatur nec ei in procuratione teneatur, sed archipresbiter archidiacono vel episcopo hoc denunciaret, et secundum quod legitime visum fuerit, excessum atque culpam emendet. Predicti vero clerici aliam terciam decimarum et primiciarum cum medietate oblationum omnium ecclesię proveniencium sibi debent

applicare, ministris atque obsequiis ecclesię servituri. Aliam quoque terciam cum medietate oblacionum omnium debet prior percipere iusta participationem beneficii eidem ecclesie ministraturus. Nichilominus custodito si episcopus accesserit, iam dicti clerici et prior per medium teneant ei procuracionem parare.

Tenor autem huius negocii a capitulo Burgensis ecclesię et collegio S. Johannis fuit roboratus et confirmatus, in perpetuum valiturus. De quo facto tria instrumenta extant composita, unum quorum in ecclesia Burgensi, aliud in ecclesia S. Johannis, tertium a clericis de Ordiales habetur. Huius rei testes sunt: Stephanus, monachus sacristano. Oliver, monaco. Petrus Bonet, monaco. Durant, monaco. Bernald, monaco. Dominicus de Essar, monaco. Dompnus Matheus, Burgensis prior. Dompnus Dominicus, archidiaconus. Dompnus Marinus, archidiaconus. Gundisalvus, cantor. Gundisalvus, sacrista. Magister Menendus. Ferrandus Gundisalvi. Ferrandus Petri. Garcia de Escano. Vincentius de Salas. Facta carta era M^a CC^a XXIII^a, XV^o kalendas agusti ¹.

¹ En 1257 dispuso el obispo de Burgos, D. Aparicio, diezmaran en San Julián de Sámano los clérigos y legos de Santullán, Lusa, Monijones, Otañes, Torca Naharres, Cajigal, La Sierra, Villanueva, Ornoas, Somoza, Líviana, Radu, Pino, Helguera, Llacenti, Argomedo y Pinilla; la iglesia de Santa Cecilia se consideraría aneja de Santullán: el monto de los diezmos, oblatas y mortuorios se dividirían por partes iguales entre los clérigos de Santullán y los de Castro Urdiales, deducidos los gastos de fábrica y reparaciones; sólo los hijos de los que diezmaran en Santullán podrían ordenarse a título de esta iglesia. — Quintanadueñas, 19 de abril (vol. 71, n^o 39).

183.

Pedro González y su mujer Juliana entregan a la catedral de Burgos la villa de Medinilla, y son admitidos por familiares de la misma, con derecho a sepultura en ella, y a una distribución diaria de canónigo; reciben también en préstamo vitalicio ciertos derechos y bienes, propios del obispo y cabildo. — Octubre 21 de 1185.

(Vol. 30, fol. 908, orig., partido en recto por A. B. C.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ad honorem Dei et beate Marie omniumque sanctorum. — Ego Petrus Gundissalvi et ego domna Juliana offerimus nos Deo et beatę Marie Burgensis ecclesię et facimus nos fratres eidem ecclesię in vita et in morte, ita quod in alio loco corpora nostra non sepeliantur et pro remissione peccatorum nostrorum damus et concedimus beatę Marie Burgensis ecclesię et vobis donno Marino, eiusdem ecclesię episcopo, vestrisque successoribus, villam que dicitur Medinella, quę est sita in alfoz de Munnio, prope defesam de Estepar, et iuxta villam Frandovilez, quam dominus Aldefonsus rex cum uxore sua regina Alionor nobis in perpetuum dedit possidendam, ut habeatis et possideatis eam iure hereditario in perpetuum. Ego donnus M. Burgensis eps. et totus conventus eiusdem ecclesię recipimus vos domnum Petrum Gundissalvum et uxorem vestram domnam Julianam in societatem nostram, ut uterque vestrum tantam habeat cotidianam portionem quantam quilibet canonicorum. Damus etiam vobis in prestimonium terciam partem decimarum et primiciarum ecclesię de Arcos, et XV octavillas annone annuatim in monasterio de Munnio, medietatem de tritico, et domum illam quę fuit Marie Ysidori, et unam tendam illarum quę sunt in palatio episcopali, ut habeatis hec omnia omnibus diebus vitę vestre. Et quemcunque vestrum prius descendere contigerit, superstes habeat

prenominata prestimonia in vita tua, excepta cotidiana portione defuncti; post utriusque mortem predicta prestimonia sine aliqua obligatione et contradictione libere et quiete in ius et potestatem Burgensis ecclesie et eiusdem episcopi revertantur.

Huius rei sunt testes: Domnus Matheus, prior. Don Gundissalvus, cantor. Domnus Gundissalvus, sacrista. Magister Odas, archidiaconus. Domnus Dominicus, archidiaconus. Domnus Marinus, archidiaconus. Ferrandus Gonzalvez. Ferrandus Martini. Ferrandus Petri. Garcia Escanno. Don Semeno. Dominicus, capellanus, et totus conventus. Martinus Johanes, alcalde. Martinus Ferrandez, alc. Don Gartia, alc. Johanes Mathe. Don Munnio Peidrez. Johanes Montero. Don Pedro Moro. Don Johanes Rendol. Don Remond. Don Peroneth el iudex. Don Helias del Chastel. Don Robert del Pont. Petrus Sancius. Don Guillem de Sancto Johane. Parisius, scripsit¹. Facta carta XII kalendas novembris era M^a CC^a XXIII^a.

184.

La condesa Urraca vende al obispo de Burgos su propiedad en Zarzaguda por treinta y tres maravedís. — Octubre de 1185.

(Vol. 38, fol. 612, orig.)

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego cometissa domna Urracca spontanea voluntate vendo vobis domno Marino, Burgensi

¹ El 13 de septiembre de este año, el conde Gonzalo Rodríguez cedió a la iglesia catedral su propiedad rústica en Río Ferrero y en Río Panero (Ruarrero y Riopanero, cerca de Polientes), siendo testigos: Gil Gómez, Fernando González de Aguilar, Diego Díaz, Pedro González de Siones, Martín Ruiz, D. Remond Guillén, Diag Ruiz; notario, Parisio (vol. 32, fol. 276 orig.).

episcopo, et omnibus successoribus vestris, totam meam propriam quam habeo et habere debeo in illa villa que vocitant Sarza accuta¹, scilicet, casas, terras, vineas, solares, ortos, molinos, pratos, pascuis, rivis, fontes, montes, ab omni integritate ubi inveneritis eum, cum introitu et exitu; et accipio de vobis precium nominatum quantum michi et vobis placuit, id est, XXXII morabetinos, et sum inde paccata. Quicumque hoc scriptum ex mea progenie vel aliena temptare voluerit, habeat iram Dei, et in cotum domini terre M. morabetinos persolvat.

Facta carta mense octobris in era M^a CC^a XXIII^a regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienore regina in Burgis et in regno suo. Huius rei testes: 1^a col. Domnus Lupus de Frias, cf. Gundissalvus Padilla, cf. Garsia Martinez et Rudericus Martinez de Villa don Gemez² (sic), cf. Ferrando Garsiez de Villa-nan³, cf. — 2^a col. Martinus Johanis, alcalde, et filius eius Petrus Martini, cf. Martinus Johanis de la Plana, alcalde. Martinus Ferrandez, alcalde, cf. Domnus Garsias, alcalde, cf. — 3^a col. Petrus Moro, cf. Domnus Michael, cf. Domnus Egidius, cf. Gonsalvo Ferrero, cf. Paulus fecit, cf.

185.

Alfonso VIII da a la catedral de Burgos el monasterio de San Cosme y San Damián de Cillaperiel en Val de Iguaña, a cambio del de Villargura, que destina al de Las Huelgas.— San Esteban de Gormaz, noviembre 17 de 1185.

(Vol. 35, fol. 610, orig.; vol. 71, n^o 114.)

† XPS. Aw. — Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, dono et concedo Deo et Sancte Marie

¹ Estaba situada en términos de Santibáñez de Zarzaguda.

² Villangómez, pueblo en tierra de Muñó.

³ Quizá quiso decir Villahizán, pueblo del mismo territorio.

Burgensi ecclesie et dompno Marino, eiusdem instanti episcopo, et omnibus successoribus eius, monasterium quod vulgo dicitur Cellaperriel ¹, in honore beatorum martirum Cosme et Damiani fundatum, cum omni iure suo et cum omnibus ecclesiis, parrochiis, prediis et obedienciis suis, et cum omnibus hereditatibus suis, cum collaciis, solaribus populatis et heremis, cum terris, pratis, pascuis, herbis, nemoribus et aquis, et cum omnibus pertinentiis suis, iure hereditario habendum et irrevocabiliter possidendum. Et hoc in commutatione cuiusdam ecclesie, videlicet Sancte Marie de Villa Alvura, quam similiter cum omni iure suo et pertinentiis suis idem episcopus domnus Marinus unam (*sic*) cum consensu et voluntate capituli sui concedit monasterio quod fabricatur nostris largicionibus et sumptibus iuxta Burgensem civitatem. Principes enim, sicut autentice scripture edocet testimonium et legum sancione firmatur, cum ecclesiis permutare possunt, pragmatica forma super hoc procedente; unde et presenti (*sic*) scripti seriem super presenti negocio seu permutatione decuimus indulgendam. Si quis vero hanc cartam infringere, etc.

Facta carta apud Sanctum Stephanum era M^a CC^a XXIII^a, XVII^c kalendas decembris. Ego rex A. regnans in Castella et Toledo, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundissalvus, Toletane ecclesie sedis archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. SIGNUM ALDEFONSI, REGIS CASTELLE. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Garsias Oxomensis eps., cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. — 2^a col. Didacus Xemeniz, cf. Gomez Garsie, cf. Petrus Garsie, cf. Petrus Ferrandi, cf. Alvarus Roderici, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

¹ Estaba en Valdigüña, en la provincia de Santander, y perteneció a la infanta Sancha, hermana de Alfonso VI, como se ve por los fueros otorgados al mismo por este monarca (GONZÁLEZ, *Documentos.... de Simancas*, t. IV, p. 31; MUÑOZ, *Fueros*, p. 398).

186.

Alfonso VIII ratifica la donación de la villa de Medinilla, otorgada a la catedral de Burgos por Pedro González y su mujer Juliana. — Burgos, noviembre 18 de 1185.

(Vol. 30, fol. 309, orig.; vol. 71, n° 132.)

† XPS. Aω. — Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, concedo et confirmo Beate Marie Burgensi ecclesie cathedralis sedis et vobis donno Marino, eiusdem ecclesie instanti episcopo, et successoribus vestris villam que dicitur Medinella, sitam in alfoz de Munnio et prope defesam Destepar et de Villa Frandovilez, quam olim ego Petro Gonzalvi et donne Juliane uxori eius dederam, nunc vero ab eisdem Petro Gonzalvi et donna Juliana predictae ecclesie collatam pro quibusdam beneficiis eis tantum in vita sua collatis, totam integre, sicut in instrumento quod prefatis Petro Gonzalvi et donne Juliane de predictae ville donatione condideram continetur, iure hereditario habendam et irrevocabiliter possidendam. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XXIII, XIV^o kalendas decembris. Et ego rex A. regnans in Castella et Toletu hanc cartam manu propria roboro et confirmo. SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Garsias Oxomensis eps., cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Rodericus Guterrez, maior-domus regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. — 2^a col. Didacus Xemeniz, cf. Gomez Garsie, cf. Petrus Garsie, cf. Petrus Ferrandi, cf. Alvarus Roderici, cf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

187.

Permuta de propiedades entre el cabildo catedral y Juan Sennal y su mujer Amelina. — Mayo de 1186.

(Vol. 70, n° 104.)

In Dei nomine. — Ego Johannes Sennal una cum uxore mea Amelina, bona voluntate facimus cambium cum vobis Matheo, decano Sancte Marie, et cum domno Michaeli, archipresbiter de Gormezes, et cum domnus Lucas, socius eius, et cum omni conventu eiusdem ecclesie, de tota nostra ratione quantum habemus in illo molino que fuit de Guillelmo Alarçon ab omni integritate, cum omnibus pertinentiis suis, et de illa nostra terra quam habemus ad illo ponton de Vega ad latus de illa terra Sancti Hospitalis et de illa terra Sancte Marie et de illo arroyo et de via discurrante, per tota vestra ratione de illis vestras casas quod vos habetis in barrio Sancti Nicholai que fuerunt del Cid de Bilforado. Unde sunt allatanei; Perroneth, filius Dominicus Regi, et ex alia parte filiis de domnus Hebrardus de Carrion, et antea illo camino; et istud cambium est factum hereditate pro hereditate, et pro quo valet vestrum plus quam nostrum damus vobis in desusanna IIII^{or} mor. et nos canonici sumus paccati de istud cambium et de istis mor. Facta carta mense mayo in era M^a CC^aXX IIII. Unde sunt testes: Martinus Ferrandi, alcalde. Dompnus Garcia, alcalde. Martinus Johanni, alcalde. Martinus Johanni, alcalde de la Plana. Domno Ordonio sellero. Don Tosten. Garcia Olrich. Petrus Giraldi. Johannes de Riolazedo, scripsit ¹.

¹ En junio de este año, doña Acenda y su marido Pedro ceden su heredad en Montuenga a Rodrigo Muñoz y su mujer Teresa, siendo testigos: Marcos de Villa Iscienso (Villacienzo), Rodrigo González de Cogollos y el concejo de Montuenga (vol. 30, fol. 890, orig.). Referente a Rodrigo Muñoz y su mujer señalamos una escritura en que ellos y Gonzalo Ibáñez, Alvaro Ibáñez, doña Teresa, doña Elvi-

188.

Urbano III encarga a los obispos de Sigüenza, Ávila y Segovia repriman la audacia del abad de Oña, que se arroga ciertas atribuciones propias del obispo diocesano. — Verona, julio 31 de 1186-1187.

(Vol. 23, fol. 312, orig.)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus..... Seguntino..... Abulensi et..... Segobiensi episcopis, sal. et ap. ben. — Significavit nobis venerabilis frater..... episcopus Burgensis..... quod Oniensis abbas ipsius iura temere perturbare non metuens, quos ipse interdictos et excommunicatos annuntiat recipit et absolvit, et de matrimoniorum litigiis iudicat, ac clericos in parrochialibus ecclesiis pro sua destituit voluntate, eosque ad vocationem episcopi ad sinodum ire non sinit. Quia vero huiusmodi de presumptione potius et timore quam de confidentia rationis attemptari videtur, cum nullus abbas nisi de auctoritate Romani Pontificis vel diocesani episcopi talia possit vel debeat attemptare, eidem abbati districte mandavimus ut de cetero in preiudicium memorati episcopi talia non presumat, sed tam in instituendis vel destituendis clericis in parrochialibus ecclesiis, quam in ceteris que superius sunt expressa, iura ipsius episcopi omni occasione et appellatione remota studeat integre conservare. Mandamus itaque fraternitati vestre atque precipimus quatinus ei, si prefatum abbatem in exe-

ra y doña Sancha, todos de mancomún ceden al obispo de Burgos su propiedad en Ausín por quinientos maravedís y las tercias episcopales de Revilla del Campo, Hontoria de Suso, Cubillo del Campo, Espinosa y Quintanilleja, las cuales gozarán por su vida, pero irán pasando a la iglesia de Burgos a prorrata de las defunciones que acaecieren entre ellos. Entre los testigos figura Alvar Gómez, hijo de Gómez Carrillo. Fecha 18 de agosto de 1188 (vol. 32, fol. 290, orig.).

cutione mandati nostri inveneritis negligentem, eum ad efficiendum que prediximus, sicut expedire videritis, appellatione remota, ecclesiastica districtione cogatis. Quod si omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Verone II kalendas augusti.

189.

La condesa Milia da al obispo de Burgos su propiedad en Zuhel, comprada a Pedro Ibáñez y su mujer María Pérez. — Agosto de 1186.

(Vol. 38, fol. 632, orig.; ALARCÓN, ob. cit., escrit. n.º 36.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego cometissa domna Milia pro remissione anime mee et parentum meorum do et concedo Deo et beate Marie Burgensi ecclesie et vobis dompno Marino, eiusdem ecclesie episcopo, vestrisque successoribus totam illam hereditatem de Zuhel ¹, quam ego emi de Petro Johane et de uxore eius Maria Petri, videlicet casas, terras, vineas, ortos et quantum ad predictam hereditatem pertinet, ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Si quis autem hoc nostrum factum disrumpere voluerit, in primis iram Dei habeat, et in coto regi terre mille aureos persolvat, et ecclesie Burgensi et vobis dompno Marino, eiusdem ecclesie episcopo, vestrisque successoribus predictam hereditatem in tali loco restituat. Facta carta mense augusto era M^a CC^a XXIII², regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina in toto regno suo. Huius rei sunt testes: Gutierre Gutierrez. Roi Gutierrez. Gonzalvo Goncalvez. Petrus Goncalvez. Roi Gonzalvez. Goncalvo Sanchez. Don Ordonio. Ferran Roiz. Don Martin de la Bufanna. Don Iague. Petrus de Melgosa. Johan Gras. Petrus Martinez. Johan, sobrino de don Johan Gascon, scripsit.

¹ Zuhel o Zubel, en términos de los Valcárceres.

² Lectura dudosa: acaso sea sólo XXIII.

190.

Don Ordoño y su mujer Acelina dan al cabildo catedral su propiedad en Villayerno, una casa en Burgos y una viña en Calzada; en cambio, los recibe el cabildo por familiares, les da en préstamo ciertas propiedades, y promete ración de canónigo si los viere necesitados. — Octubre 1 de 1186.

(Vol. 70, n° 231.)

In Dei nomine. — Ego domnus Ordonius cum uxore mea domna Acelina spontanea voluntate, pro animabus nostris et parentum nostrorum, damus et concedimus Deo et ecclesie beate Marię Burgensi et omnibus canonicis eiusdem ecclesie, tam presentibus quam futuris, totam nostram hereditatem quam habemus in Villalifierno ¹, et quantum ex hodie in antea acquirere potuerimus ibi, tam comparatum quam impignoratum. Etiam donamus vobis medietatem de nostra propria casa quam habemus in barrio Sancti Jacobi, que est ad latus Johanne de Trevinno et de nobis metipsis, et de illo el camino. Et adhuc donamus vobis nostram propriam vineam quam habemus in Calçada, que est ad latus de Ordonio de Gamonar et de Fortunno de Vesga et de illa carrera, ut habeatis et possideatis eam iure hereditario in perpetuum.

Ego domnus Marinus, gratia Dei episcopus Burgensis, cum omni conventu eiusdem ecclesie spontanea voluntate recipimus vobis domno Ordonio et uxori vestre domna Acelina in societatem nostram, et damus vobis in prestimonium omnibus diebus vite vestre illam nostram hereditatem quam habemus in Villalifierno, tam nostram quam illam quod nobis dedistis; etiam damus vobis aliam nostram heredita-

¹ Villayerno, al N. de Burgos.

tem quam habemus in Morquillas ¹. Similiter damus vobis medietatem de illos molinos qui fuerunt de Guillelmo Malarçon, et debemus vobis dare in unoquoque anno X octabas de pan. Et forte si vobis evenerit aliquam inimicitiam vel paupertatem ut non possitis sustinere in domos vestras, nos debemus colligere vos et dare cotidie rationem ut unusquisque canonicorum honorifice; et quando primus ex vobis obierit, medietatem de predicta hereditate et de prestimonio remaneat canonicis Sancte Marie; post mortem vero amborum remaneat eis totum.

Facta carta primo die mensis octobris in era M^a CC^a XXIII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor in Burgis et in omni regno suo. Unde sunt testes: Johannes Matheus. Martinus Johannis, alcalde. Martinus Johannis de la Plana, alcalde. Stephanus Armeland. Gonzalvo Peydrez de Arroyal. Petrus Domininget. Moharrach. Domno Donath. Dominico Sobrino. Roderico Gonzalvez, filio de Gonzalvo Pinna. Ferrant Gonzalvez de Villa Armentero. Ferrandus Verde. Garsias Petríz de Villa Odrigo. De Villalierno: Dominico Serrano. Domno Benedicto. Martinus Stephanéz. Dominicus de Fenar. Johannes Pelaço. Paulus fecit.

191.

Alfonso VIII une a la catedral de Burgos el monasterio de Cervatos con todas sus dependencias, a cambio del de Santa Eufemia de Cozuelos. — Palencia, diciembre 4 de 1186.

(Vol. 71, n^o 124.)

Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsus, gratia Dei rex Castellæ et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, dono et concedo Sancte Marie Burgensis ecclesie

¹ Estaba cerca de Villayerno; no existe ya.

et vobis domno Marino, eiusdem instanti episcopo et omnibus successoribus vestris, monasterium de Cervatos cum omnibus ecclesiis, grangiis, deganniis et cum omnibus possessionibus et hereditatibus suis, cultis et incultis, desertis et populatis, cum terris, vineis, pratis, pascuis, rivis et molendinis et cum omni iure suo et cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis, iure hereditario in perpetuum habendum, in concambio pro monasterio Sancte Eufemie de Cozuelos, quod ab ecclesia Burgensi et ab eiusdem iam dicto episcopo recipio michi et omnibus successoribus meis, cum omnibus terminis, directuris et pertinentiis suis iure hereditario habendum et irrevocabiliter possidendum. Si quis huius concambii paginam infringere vel in aliquo diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et dampnum quod vobis intulerit duplicatum restituat, et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat.

Facta carta apud Palentiam II^o nonas decembris era M^a CC^a XXIII^a. Et ego rex A., regnans in Castella et Toletu, hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Gundissalvus, Toletanus archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. Dominicus Abulensis eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Rodericus Roderici, maiordomus domini regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. Didacus Xemeniz, cf. Alvarus Roderici, cf. Petrus Garsie, cf. Gomez Garsie, cf. Ordonius Garsie, cf. Petrus Ferrandi, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

192.

Don Ordoño y su mujer Acelina dan a la catedral la hacienda de Tardajos, comprada a Pedro García de Lerma; y en cambio, el cabildo les otorga en préstamo dicha hacienda y el tercio de los derechos episcopales en varios pueblos. — Febrero de 1187.

(Vol. 36, fol. 4, orig., partido en dientes por A. B. C.)

In Dei nomine. — Ego domnus Ordonius cum uxore mea donna Acelina spontanea voluntate donamus et concedimus Deo et ecclesie beate Marię Burgensi et vobis domno Marino, gratia Deo (*sic*) episcopo eiusdem ecclesie, et omnibus successoribus vestris, pro animabus nostrarum vel parentum nostrorum et omnium fidelium defunctorum, totam nostram propriam hereditatem quam habemus et habere debemus in Oterdaños, scilicet, solares populos et heremos, terras, vineas, ortos, pratos, molinos, pascuis, defesas, montes, fontes, ab integro, totum ipsum quantum nos habuimus et comparavimus de domno Petro Garsiez de Lerma ¹, ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Ego domnus Marinus, gratia Dei Burgensis ecclesie episcopus, spontanea voluntate dono et concedo vobis domno Ordonio et uxori vestre donna Acelina pariter predictam hereditatem quam michi donastis, in prestimonium omnibus diebus vite vestre, tercium de las Quintanillas et tercium de Taia-dura et tercium de Sancta Maria de Taiadura et tercium de Villa Lifierno, et hoc dono vobis per L. octavillas de pane; et si aliquid minuerit de L. octavillas supradictas, ego et successores mei integritatem faciamus. Et qualiscunque ex vobis in primis mortem evenerit, medietatem de prestimo-

¹ Fué mayordomo mayor de Alfonso VIII y continuo de su corte; pertenecía a la familia de Haza.

niis predictis remaneat domnum episcopum, post mortem vero amborum remaneat domnum episcopum totum.

Facta carta mense febroarii in era M^a CC^a XXV^a, regnante rege Alfonso cum uxore sua Alienore in Burgis et in regno suo. Unde sunt testes: De clericis: Gundissalvus, capiscol, cf. Archidiaconus domnus Dominicus, cf. Raimundus, scriba. Johanes, abbas de Franducea. De laicis: Martinus Johanes, alcalde, et filio suo Petro Martini, cf. Petrus Ponz, cf. Johane Petri, cf. Remond Guillem, cf. Johane Sennal, cf. Stefanus Jordan, cf. Johane Jordan, cf. Martinus Cardena. Johanes Guzman. Johanes, filius Misol. Garsia Olrico. Paschal Elias. Mathe de Cortes. Paulus, fecit.

193.

Alfonso VIII ratifica a la catedral de Burgos la donación del monasterio de Cillaperiel a cambio de la iglesia de Villargura y sus dependencias, en la cual establece un monasterio de la Orden de Benevivere, con todos los privilegios de la Cisterciense. — Burgos, julio 8 de 1187.

(Vol. 38, fol. 611, orig.; vol. 71, n^o 115.)

† XPS. A^o. — Presentibus notum sit, etc ¹. — Et hoc in comutationem et concambium cuiusdam ecclesie, videlicet Sancte Marie de Villa Alvura, cum omni iure suo et omnibus pertinenciis suis, in qua omne ius hereditarium, quod vos sive ecclesia vestra in illa habuistis, una cum consensu et voluntate capituli vestri remisistis, ut deinceps sit monasterium Benevenensis ordinis, eam illi libertate concedentes quam habent monasteria Cisterciensis Ordinis per diversos episcopatus constituta, in quo nec vobis nec alicui succes-

¹ Misma fórmula que el documento real de 17 de noviembre de 1185.

sorum vestrorum liceat aliquid iuris vindicare nisi quod in monasteriis Cisterciensis Ordinis diocesani habere consueverunt episcopi. Princeps enim, sicut autentice scripture edocet testimonium et legum sanctione firmatur, cum ecclesiis permutare possunt, *præmatica* forma super hoc procedente, unde et presentis scripti seriem super presenti negotio seu permutatione decrevimus indulgendam. Si quis vero hanc cartam, etc.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XXV^a, VIII^o idus julii. Et ego rex A. regnans in Castilla et Toledo, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Rodericus Calagurritanus eps., cf. Martinus Segontinus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Gundissalvus, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Comes Ferrandus, alferiz regis, cf. — 2^a col. Didacus Xemeniz, cf. Gomez Garsie, cf. Petrus Ferrandi, cf. Alvarus Roderici, cf. Ordonius Garsie, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castilla, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

194.

Juan Montón y su mujer ceden al cabildo catedral de Burgos todo su haber en Cotar, a cambio de una parte de solar en la casa de Juan Sacristán, dentro de la ciudad, y cuatro maravedís. — Julio de 1187.

(Vol. 70, n^o 12.)

In Dei nomine. — Ego Johannes Monton una cum uxore mea domna Ninna bona voluntate facimus cambium cum vobis domno Michaelle, archipresbiter de Gormezes, et cum domnus Luchas, canonicus Sancte Marie, et cum omni conventu eiusdem ecclesie de illo proprio nostro solar quam

habemus in Cotar, illud totum qui fuit de dompno Assensio, cum tota nostra divisa et cum nostra era et nōstro muradar et cum nostra ratione che nobis pertinet in illo olinō (*sic*) cum quantum nobis pertined ad illud solarem ab omni integritate, unde sunt allatanei de illud solare: Dominicus Bartholomeo, et ex alia parte Maria Pasqual, etc., per unam passatam terre in casa de domno Johanne sacristano cum intrada et exida, et insuper III^{or} morb. et sumus de illis paccati. Si quis hoc cambium, etc. Facta carta mense julii era M^a CC^a XXV^a, regnante rege Aldefonso, etc. Unde sunt testes: Martinus Ferrandi, alcalde. Domnus Garsias, alcalde. Petrus Monton. Don Gil Gonzalvez. Martinus de Arroyal. Martinus Dominici el niēto. Gonzalvo. De Cotar et de Furo-
nes ¹ testes: Petrus Petriz. Martinus Johannes. Petrus Cotar. Dominicus Martini. De Villafrida testes: Dominicus Sanctiō. Don Yague el Covo. Petrus Sancii. Johannes de Riolazedo, scripsit ².

195.

Clemente III encarga a los obispos de Sigüenza, Segovia y León hagan respetar los derechos del obispo de Burgos frente a las intromisiones del abad de Oña. — Roma, marzo 3 de 1188.

(Vol. 31, fol. 24, orig.)

Clemens eps., s. serv. Dei, venerabilibus fratribus..... Seguntino..... Secobiensi et Legionensi episcopis, s. et ap. ben. — Significavit nobis venerabilis frater noster..... Burgensis eps.

¹ Hurones, al N. de Cotar.

² En febrero de este año, Pedro Infanzón y Gonzalo cedieron al cabildo una casa que había sido de Pedro Molinero en el barrio de San Juan, aldeaña de otra de Pedro Limojan y D. Pedrith, siendo testigos D. Almerich, cambiador; Sancho de la Parada, Reimundo Rendol, Juan Torcefeces, Guillermo, pellegero, Guillermo de Cápella, Sancho, hijo de doña Alegrēth; Pedro Golilla, Renath, pintor; Giralt, presbítero (vol. 70, n^o 95).

Quod..... Oniensis abbas ipsius iura temere perturbare non dubitans, quos ipse interdictos et excommunicatos annuntiat, recipit et absolvit, de matrimoniorum litigiis iudicat, ac in parrochialibus ecclesiis ad ipsum abbatem iure fundi pertinentibus, que in parrochia Burgensi consistunt, clericos instituit et pro sua destituit voluntate, eosque ad vocationem ipsius episcopi ad sinodum accedere non permittit. Quia vero huiusmodi de presumptione et timore potius quam de iuris confidentia non immerito creduntur procedere, cum nullus abbas nisi de auctoritate Romani Pontificis vel diocesani episcopi talia possit vel debeat attemptare, eidem abbati districte mandavimus ut de cetero in preiudicium memorati episcopi talia non presumat, sed tam in instituendis vel destituendis clericis in parrochialibus ecclesiis, quam in ceteris que superius sunt expressa, iura ipsius episcopi studeat integre conservare, non obstante si quid in his omnibus negligentia vel incuria predecessorum suorum hactenus noscitur intermissum, eique in omnibus reverentiam non omittat debitam exhibere. Mandamus itaque fraternitati vestre atque precipimus quatinus, si prefatum abbatem in executione mandati nostri inveneritis negligentem, ipsum ad efficiendum quod prediximus nisi privilegiis Romani Pontificis vel Burgensis ecclesie poterit se tueri, appellatione remota, ecclesiastica districtione cogatis. Quod si non omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani V nonas martii, Pontificatus nostri anno primo.

196.

Alfonso VIII premia los servicios de Juan Maté y su mujer cediéndole toda la propiedad real en la villa de Torme, con facultad de enajenarla libremente. — Toledo, octubre 29 de 1188.

(Vol. 71, n° 121.)

Ratio dictat et regali proprie attribuitur magestati honestos viros, sibi assidue obsequentes, et in regalibus exercitatos negotiis, dignis retributionibus et stipendiis dotare. Idcirco ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate spontanea, quia vos devotum, fidelem et sollicitum in serviciis meis invenio, dono et concedo vobis donno Johanni Mathei et uxori vestre donne Maiori, et filiis et posteris vestris et omni successioni vestre, omnem hereditatem quam habeo in villa que dicitur Torme ¹ et quod ad me dinoscitur in prefata villa pertinere, cum aquis, rivis, molendinis et cum omnibus terminis heremis et populatis et cum omnibus directuris et pertinenciis suis, iure hereditario habendum et irrevocabiliter perpetuo possidendum, ad faciendum de eo quicquid vobis placuerit, dando, vendendo, concambiando, impignorando vel quidlibet aliud faciendo. Si quis hanc cartam, etc.

Facta carta apud Toletum era M^a CC^a XX^a VI^a, III^o kalendas mai. Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletu, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. Marinus Burgensis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Gundissalvus Seccobiensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Comes Ferrandus, alferiz re-

¹ Torme, pueblo del partido de Villarcayo.

gis, cf. Petrus Ferrandi, cf. Gomez Garsie, cf. Alvarus Roderici, cf. Ordonius Garsie, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

197.

Rodrigo Sánchez vende al obispo de Burgos su propiedad en Tardajos por ciento cuarenta y tres maravedis, y el obispo le da en préstamo vitalicio las posesiones de Santibáñez de Zarzaguda, que habían pertenecido al conde Gonzalo Rodríguez y a doña Urraca. — Febrero 26 de 1189.

(Vol. 36, fol. 3, orig., partido en recto por A. B. C.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Rodericus Sancii spontanea voluntate do et vendo tibi Marino, Burgensi episcopo, et ecclesie Burgensi tuisque successoribus, totam meam hereditatem quam habeo in Oterdaïos, scilicet vineas, solares populatos et populandos, ortos, molinos, pratos, rivos, defesas, pascua, cum ingressibus et regressibus et cum omnibus suis pertinenciis pro CXLIII morb. et sum de illis pacatum. Et ego Marinus, Burgensis episcopus, do tibi Roderico Sancii totam illam hereditatem quam habeo in S. Johane de Sarçaguta, quam mihi et ecclesie Burgensi comes Gundissalvus Roderici dedit, et illam quam comparavi de domna Urraca, ut habeas illam omnibus diebus vite tue in prestimonium. Post mortem vero tuam libera et quiete in ius et potestatem Burgensis episcopi et ecclesie Burgensis revertatur. Facta carta IIII^o kalendas marcii era M^a CC^a XXVII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina in toto regno suo. Huius rei testes sunt: Gu-tier Diaz de Celada. Petrus Munniz de Trigeros. Garcia Munnioz, frater eius. Martinus Fernandez de Rinoso. Gil Dovir-

na. Alfonso Vallegiello. Martinus Cardenna. Arnaldo Doter-
dagos. Albert. Dominicus comitis Ferrandi. Dominicus de la
Parra. Dominicus Ville Armentero. Parisius, scripsit.

198.

*Pelayo Nicolás y María y Teresa, del mismo apellido,
ceden a Alfonso VIII sus vasallos y propiedad de Matilla
a cambio de la villa de Hitero Seco, en tierra de Salda-
ña. — Toledo, junio 18 de 1189.*

(Vol. 71, n° 27.)

In Dei nomine. — Ego Pelagius Nicholas et ego Maria
Nicholaz et ego Taresia Nicholaz facimus concambium vo-
biscum domino nostro Aldefonso, rege Castelle. Damus qui-
dem vobis homines de Matella cum sua hereditate, qui modo
sunt in Morali, et cum solaribus et areis et ortis quos tene-
bant in Matella, preter quod illi qui erant solariegos in Ma-
tella non habeant solares nec ortos nec areas quas habebant
in villa Matella, et preter hereditatem de nostro palatio bu-
tece. Damus quidem in concambium pro villa que dicitur
Fitero ¹, quam a vobis recipimus, sitam in alfoz de Saldania,
prope Vadellum ². Et ego predictus Aldefonsus, Dei gratia
rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et
cum filia mea infantissa Berengaria, predictam villam Fite-
ro vobis et filiis et filiabus vestris et posteris et omni suces-
sioni vestre dono et concedo pro prefato concambio, iure
hereditario habendam et irrevocabiliter possidendam in per-
petuum, cum collaciis et solaribus, terris, vineis, pratis,
pascuis, aquis, ortis, rivis, molendinis, montibus et fontibus,
nemoribus et defensis et cum omnibus directuris, terminis

¹ Hitero Seco, al N. de Carrión de los Condes.

² Bahillo.

et pertinentiis suis, ad faciendum de ea quicquid vobis placuerit, dando, vendendo, concambiando, impignorando vel quilibet aliud faciendo. Si quis vero hanc cartam in aliquo infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit duplatum restituat.

Facta carta apud Toletum era M^a CC^a XXVII^a, XIII^o kalendas julii, secundo anno postquam serenissimus A. regis (*sic*) Castelle et Toleti ¹, et consequenter paucis diebus elapsis sepedictus A. illustris rex Castelle et Toleti romani imperatoris filium, Conrradam nomine, in novum militem accinxit, et ei filiam suam Berengariam tradidit in uxorem. Et ego rex A., regnans in Castella et Toletu, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. Marinus Burgensis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Gundissalvus Secoviensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Martinus Segontinus eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. Gomes Garsie, cf. Rodericus Guterri, maiordomus curie regis, cf. Didacus Luppi, alferiz regis, cf. Ordonius Garsie, cf. Guterrius Roderici, cf. Petrus Roderici, cf. Egidius Gomiz, cf. Guillelmus Goncalviz, cf. Lupus Didaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Micha, regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

¹ Falta la frase referente al rey de León, armado caballero por Alfonso VIII.

199.

El obispo de Burgos entrega en préstamo la alberguería de las Arreturas a D. Lope y su mujer Sancha, mediante ciertas condiciones; y estos eligen sepultura en la catedral y le ceden sus bienes en diferentes pueblos. — Octubre 13 de 1189.

(Vol. 25, fol. 318, orig., deteriorado, partido en dientes por A. B. C.)

..... Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Marinus, Burgensis ecclesie episcopus, una cum consensu et voluntate canonicorum eiusdem ecclesie damus..... domno Lupo et uxori vestre dompne Sancie in prestimonium illam albergueriam que dicitur de Arreture, que est prope..... atur Arlanzon, ut habeatis illam omnibus diebus vite vestre. Et damus vobis adhuc in prestimonium XXX aureos in uno..... am de Quintanilla de las Orvanegas in adiutorio illius alberguerie, tali conditione ut quicquid hereditatis em..... vel qualicumque modo ad opus illius alberguerie adquisieritis, totum sit ad servicium vestrum omnibus diebus vite vestre..... vestram iure hereditario iam dicte alberguerie remaneat, et ut tertia pars omnium mobilium que in illa..... posueritis, post obitum vestrum sit canonicorum Burgensis ecclesie, due vero partes remaneant ibi vobis et ad presens in possessionem (sic) intromittimus.

Et ego supra memoratus Luppus cum consensu et voluntate uxoris mee dompne Sancie do vobis totam meam hereditatem quam habeo in Guermezes et in Gozon et in Quintanas et..... o cum ingressibus et regressibus integre cum omnibus suis pertinentiis, tali conditione ut nos teneamus illam omnibus diebus vite nostre in prestimonium: post mortem vero nostram sine contradictione iure hereditario ecclesie Burgensi remaneat. Offerimus nos in vita et in morte Deo et beate Marie ecclesie Burgensi ita ut de cetero

non habeamus potestatem..... sepulturam nisi habitum religionis susceperimus. Et si contingerit nos habitum religionis suscipere, quicquid nobis datis vel..... alberguerie adquirere poterimus, cum hereditate de Guermezes quam in prestimonium a vobis accepimus, statim iure hereditario Burgensi ecclesie sine omni contradictione libere et ad servitium et receptionem pauperum pro remissione peccatorum vestrorum. Concedimus etiam ut possitis constituere in ipsa hominem unum tantum, talem qui post mortem vestram bene et honeste possit regere illam albergueriam; sed si talis..... non rexerit iam dictam albergueriam cum omnibus pertinentibus, Burgensis (*sic*) expellat ipsum inde, et substituat ibi alium quem.....

Et ego Dompnus Luppus una cum consensu et voluntate uxoris mee dompne Sancie pro beneficio isto, quod a vobis recipimus, pro remissione peccatorum nostrorum do et concedo Deo et beate Marie Burgensi ecclesie et vobis dompno Marino, eiusdem ecclesie episcopo, vestrisque successoribus, totam meam hereditatem quam habeo in Valdevieso integre cum omnibus suis pertinentiis. Et ego dompna Sancia cum consensu et voluntate mariti mei dompni Luppi do vobis totam meam hereditatem quam habeo in Rio Concho cum omnibus suis pertinentiis, et statim in istas hereditates quiete remaneat. Facta carta III^o idus octobris era M^a CC^a XXVII ¹, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina in Toledo et in Conca et in Burgis et in toto regno suo. Huius..... Martinus Lupi de Nograno. Rodericus Lupi. Didacus Lupi, frater eius. Gutier Diaz. Ferrand Artero. Roi Lopez..... Gomez Martinet de Vizuezes. Garci Carnero. Martinus Marques. Don Tello. Garci Ferrandez de..... Diago Ferrandez. Gonzalvo Diaz de Martalana. Petrus Martinez de Monesterio. Garci Ferrandez de..... Peidrez de Santotis. Don Fagundo de Freisno. Don Johanes de S. Johanes. Matheus, decanus. Matheus et Matheus..... Magister Menendus, abbas de Franucea. Benedictus. Petrus de Gordon. Petrus Petri. De Guermezes: Mar..... Johanes de Sant Pantaleones. Petrus,

¹ Fecha corregida; la primitiva parecía decir era 1233.

presbiter. Martinus Michaellez, merino. Caro. Lop. Johanes.....
 Johanes. Petrus Figio. Don Gonzalvo. Michael de Monest-
 rio. Petrus Castrielo. Martinus Silvan. Stephanus..... Marti-
 nus Michaellez. Johanes Peral..... Don Dominico de Tremelo.
 Dominicus Johanes. Johanes Gustiello..... Petrus Castella-
 no..... De Mone..... Roy Peidrez..... Petrus Miguez Don
 Ylan. Don Jague.....

200.

Alfonso VIII asigna a la catedral de Burgos y a su obispo el diezmo de toda la renta de las salinas de Rosio. — Almazán, año de 1190.

(Vol. 33, fol. 118, orig.; vol. 71, n° 8; SOTA, «Principes», escrit. n° 48.)

† XPS. Aω. — Quoniam et pium est et honestum et regalis providentie convenit ubertati ut de bonis que a Deo impenduntur Dei ministri efficiantur participes, iccirco ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, facio cartam donationis, concessionis et stabilitatis Deo et beate Marie Burgensi ecclesie et vobis dompno Marino, eiusdem ecclesie instanti episcopo, vestrisque successoribus in perpetuum valituram. Dono itaque et concedo vobis decimam partem omnium reddituum de salinis putei de Rosio ¹ annuatim iure hereditario in perpetuum et irrevocabiliter percipiendam, et hec mee donationis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere vel in aliquo diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore infernalibus subiaceat penis; et insuper regie parti mille aureos in coto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit dupplatum restituat.

¹ Salinas de Rosio, al N. de Medina de Pomar.

Facta carta in Almazano era M^a CC^a XXVIII^a, tertio anno ex quo serenissimus A., rex Castelle et Toleti, A. regem Legionensem cingulo milicie accinxit, et ipse A. rex Legionis osculatus est manus dicti A. regis Castelle, et consequenter paucis diebus elapsis, sepedictus A., illustris rex Castelle et Toleti, romani imperatoris filium, Conradum nomine, in novum militem accinxit, et ei filiam suam Berengariam tradidit in uxorem. Et ego rex A. regnans in Castella et Toleto hanc cartam manu mea propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Rodericus Gutterrez, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alfierat regis, cf. Gundissalvus, Toletane ecclesie archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Martinus Segontinus eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. — 2^a col. Gomez Garsie, cf. Petrus Roderici de Castro, cf. Ordonius Garsie, cf. Egidius Gomez, cf. Petrus Roderici de Guzman, cf. Willelmus Gundissalvi, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, domini regis notarius, Gutterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

201.

Alfonso VIII otorga a maestre Mica, su notario, una propiedad en Añover, de cinco yugadas de extensión, con facultad de pastos y aprovechamientos municipales en la villa, a cambio de otra propiedad, sita en términos de Belvís y Altarejos, aldeas de Cuenca. — Madrid, diciembre 15 de 1190.

(Vol. 25, fol. 312, orig., partido en dientes por A. B. C.)

† XPS. A^o. — Quoniam iustum est et ratio id exigit ut qui regio adherent lateri et in regum obsequio assiduis curis et laboribus affliguntur, dignam unusquisque pro sui medio-

critate et merito retributionem percipiant, iccirco ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, dono et concedo vobis magistro Mice, dilecto et fidei notario meo, hereditatem sufficientem ad quatuor iuga boum ad anni vicem in Annover ¹ de mea hereditate, vobis et posteris vestris et omni successioni vestre in perpetuum habendam et iure hereditario irrevocabiliter possidendam, cum ingressibus et egressibus suis et pertinentiis, sicut eam vobis determinaverunt homines almunseriphi mei Avomar, ad faciendum de ea quidquid volueritis, dando et vendendo, concambiando, impignorando seu quidlibet aliud faciendo. Predictae autem hereditatis termini sunt isti: De parte orientali est reliqua hereditas mea divisa a vestra per moiones; de parte occidentali est hereditas que dicitur de comite, que nunc est archiepiscopi, iuxta illam hereditatem de Barciles; de parte meridiei est saltus qui dicitur del Calapagar iuxta flumen Tagum; de septentrionali est via publica qua itur de Toletum ad Annover.

Hanc itaque hereditatem dono vobis in concambium pro illa hereditate quam vobis dederunt concilia aldearum de Conca, scilicet, de Belvis et de Altareios, quam a vobis recepi et Dominico Veremundi de mea criacione assignavi. Concedo etiam vobis partem in saltibus et nemoribus et pastibus et aquis et omnibus pertinentiis de Annover. Ego vero magister Mica predictam hereditatem meam de terminis de Belvis et de Altareios, quam a conciliis illarum aldearum accepi, concedo libens vobis A. domino meo regi Castelle, vobis iure hereditario predicti concambii ratione in perpetuum possidendam.

Addicio etiam et dono vobis hereditatem sufficientem ad unum iugum boum ad anni vicem in agricultura quam simul cum prephata concambii hereditate vobis in Annover determinare mandavi, ita ut in eodem loco quinque iugatas hereditatis iure hereditario in perpetuum habeatis et irrevocabiliter possideatis, et de illis quicquid volueritis faciatis;

¹ Añover, provincia de Toledo, cercano al Tajo, entre Aranjuez y dicha ciudad.

et in eadem hereditate domos et quecumque edificia volueritis construatis. Si quis vero hanc cartam infringere seu in aliquo diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore infernalibus penis mancipetur, et insuper regie parti M^e aureos in coto persolvat, et dampnum quod vobis magistro Mice vel vocem vestram pulsanti intulerit, duplicatum restituat.

Facta carta in Madrid era M^a CC^a XX^a VIII^a, XVIII^o kalendas januarii. Et ego rex A., regnans in Castella et Toletu, hanc cartam quam fieri iussi manu mea propria roboro et cf. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. — Gundissalvus, Toletane sedis archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alferiz regis, cf. — 1^a col. Martinus Burgen- sis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Johanes Conchen- sis eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Briccius Pla- centinus eps., cf. Comes Petrus, cf. Comes Ferrandus, cf. — 2^a col. Gomez Garsie, cf. Petrus Roderici de Castro, cf. Ordonius Garsie, cf. Egidius Gomez, cf. Willelmus Gonzal- vez, cf. Petrus Roderici de Guzman, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

202.

Doña Sancha Rodríguez, mujer de Ordoño Pérez de Quintanilla, da a la catedral de Burgos su hacienda de Quintanilla Muñocisla, a excepción de una partija, accediendo a ello su hija doña Inés, mujer de D. Bueso. — Diciembre de 1190.

(Vol. 32, fol. 244, orig., perg.)

In Dei nomine. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego dompna Sancia, filia Roi Gonçalvez, uxor Ordonii Petri de Quintanilla, pro remedio peccatorum

meorum et pro remedio mariti mei et pro redemptione patris et matris mei (*sic*) vel parentum meorum, devotissima voluntate mea offero, dono et concedo Deo omnipotenti et beatissime semper Virgini Marie ecclesieque eius Burgensi (*sic*) sedis, et vobis dompno Matheo, Burgensi decano, et omni conventui eiusdem loci totam hereditatem meam quam habeo in villa que dicitur Quintanilla Munocisla ¹, scilicet, solare et ortum et arbores, terras et vineas, moleninos, introitus et exitus et divisas cum omni integritate sua, excepto unam divisam quam teneo ad opus mei, ut deinceps libere possideatis iure hereditario in perpetuum sine aliqua contradictione. Si quis autem de meis vel de alienis hoc meum factum infringere voluerit, in primis iram Dei habeat, et in coto regi terre M. morabetinos persolvat. Et ego dompnus Bueso et uxor mea dompna Agnes, filia eiusdem Sancio Roiz, concedimus hoc factum quod mater nostra facit eidem ecclesie.

Facta carta mense decembri sub era M CC XXVIII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alionor Burgis et in omni regno suo. Huius rei sunt testes: Alfonso Martinez de Ovirna. Roi Vallecillo. Roi Gonzalvez, filius Gundissalvi Gonçalvez. Diac Diaç, filius Didaci Alfonsi. Roi Alvarez. Diac Gonçalvet. Roi Diaz, filius eius. Ordon Pedrez. Roi Martinez de Contreras. Diac Johanes de Bivar. Gomez Petri. Martinus Johanes, alcalde de S. Stephani. Martinus Johanes, alcalde de la Plana. Don Tosten. Dominicus Aragones. De Quintanilla: Gundissalvus, presbiter. Stephanus, presbiter. Michael Rei. Dominicus Becentez. Ferrandus Martini. Johanes Qesada. Johannes Michael. Petrus Dominici. Petrus Ferrandez. Martinus Pelagii. Johannes Gallego. Andres, sacrista. Johannes Coxo. Johannes Petri, scripsit ².

¹ Este pueblo debe corresponder a Quintanilla de Vivar o Morocisla, al N. de Burgos.

² En el vol. 70, n^o 237, hay una escritura de Ordoño Pérez y su hermana Inés por la cual ceden al obispo D. Marino su herencia en Quintanilla Muñocisla, en precio de cien maravedís. Su fecha mayo de 1194, y son testigos: Gonzalo Gómez, hijo de Gómez Gar-

203.

Celestino III reitera las bulas de sus predecesores contra el abad de Oña, al cual ordena no se arrogue los derechos que son privativos del obispo diocesano. — Roma, mayo 20 de 1191.

(Vol. 31, fol. 18, orig., con bula de plomo.)

Celestinus eps., s. serv. Dei, venerabilibus fratribus..... Se-
cobiensi..... Palentino..... Oxomensi episcopis, s. et ap. ben. —
Significavit nobis venerabilis frater noster..... Burgensis eps.
quod..... Oniensis abbas ipsius iura temere perturbare non
dubitans, quos ipse interdictos et excommunicatos annuntiat
recipit et absolvit, de matrimoniorum litigiis iudicat ac in
parrochialibus ecclesiis ad ipsum abbatem iure fundi parti-
nentibus, que in parrochia Burgensi consistunt, clericos ins-
tituit et pro sua destituit voluntate eosque ad vocationem
ipsius episcopi ad sinodum accedere non permittit. Quia
vero huiusmodi de presumptione potius et timore quam de
iuris confidentia non immerito creduntur procedere, cum
nullus abbas nisi de auctoritate Romani Pontificis vel dioce-
sani episcopi talia possit vel debeat attemptare, eidem abba-
ti manifeste mandavimus ut de cetero in preiudicium memo-
rati episcopi talia non presumat, sed tam in instituendis vel
destituendis clericis in parrochialibus ecclesiis, quam in ce-

clez; García Ordóñez, hijo de Ordoño García; Juan de Limoges,
Martín Ceri, Pedro Ponce, etc. — En el mismo volumen, nº 232,
con fecha diciembre 1190, D. Bueso y su mujer Inés ceden al cabil-
do catedral su hacienda en dicho pueblo, apareciendo los mismos
testigos que en la escritura del texto. — Ordoño Pérez y su mujer
Sancha permutan con D. García una tierra por una pasada en el ce-
menterio de Santa Eulalia (de Quintanilla Muñocisla?), siendo testi-
gos: Pedro González, Rui Díaz, Gonzalo Pérez, D. Ric, Pedro Cive-
ra, Martín Peláez, el concejo de Quintanilla (vol. 70, nº 238).

teris que superius sunt expressa iura ipsius episcopi studeat integre conservare, non obstante si quid in his omnibus negligentia vel incuria predecessorum suorum hactenus noscitur intermissum, eique in omnibus reverentiam non omittat debitam exhibere. Mandamus itaque fraternitati vestre atque precipimus quatinus, si prefatum abbatem in executione mandati nostri inveneritis negligentem, ipsum ad efficiendum quod prediximus, nisi privilegiis Romani Pontificis vel Burgensis ecclesie poterit se tueri, appellatione remota, ecclesiastica distictione cogatis. Quod si omnes his exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Rome apud S. Petrum XIII kal. junii, Pontificatus nostri anno primo.

204.

Alfonso VIII otorga al monasterio de Oña, para su ropería, ciento sesenta maravedís anuales sobre las salinas de Rosio, más otros cien maravedís y ciento sesenta almudes de sal, de la medida de Burgos, también anuales, de las mismas salinas, a cambio de las eras de sal que tiene el monasterio en Rosio y en Poza. — Valladolid, abril 1 de 1192.

(Vol. 71, n° 11.)

Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, dono et concedo vobis dompno Petro, Oniensi abbati, et universo Oniensis monasterii conventui presenti et futuro, centum et sexaginta morabetinos in salinis de Rosio percipiendos annuatim, qui monachorum indumentis et calciamento deputati sint, in concambium pro salinis de Poça quas michi cum beneplacito et consensu vestro accipio. Et preter hos dono

et concedo vobis alios centum morabitanos in predictis salinis de Rosio, et centum et sexaginta almudes salis de mensura Burgensi simili modo annuatim percipiendos, in concambium pro illis quadraginta et duobus areis quas in salinis de Rosio habuistis. Et ego prefatus Petrus, Oniensis abbas, et omnis Oniensis monasterii conventus pro predictis possessionibus nostris redditus aureorum et salis quos nobis in conmutationem assignastis, libenter suscipimus, et conmutationes predictas et concambia unanimi consensu confirmamus. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminueri presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore infernalibus mancipetur penis, et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod alterutri parti intulerit, duplicatum restituat.

Facta carta in Vallisoletto era M^a CC^a XXX^a, kalendas aprilis. Et ego rex A., regnans in Castilla et in Toletto, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. Martinus, Toletane ecclesie electus et Hyspaniarum primas, cf. Marinus Burgensis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Brictius Placentinus eps., cf. Comes Petrus, cf. Rodericus Guterrii, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alteriz regis, cf. Petrus Ferrandiz, cf. Gonsalvus Gomez, cf. Ordonius Garsie, cf. Petrus Roderici, cf. Rodericus Sancii, cf. Guillelmus Gonçalvez, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castilla, cf. Magister Mica, domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

205.

Alfonso VIII da a doña Inés la villa de Sinova, a cambio de cuanto pertenece a dicha señora en Castromayor. — Burgos, julio 4 de 1192.

(Vol. 34, fol. 213, orig.; vol. 71, n° 30.)

† XPS. A^o. — Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, dono et concedo vobis donne Agneti ¹ villam que dicitur Senova, sitam in ripa fluminis Pisorice, inter Turrem quematam et Rinoso, totam integre cum collaciis et solaribus populatis et hermis, cum terris cultis et incultis, vineis, aquis, molendinis, pratis, pascuis nemoribus et defesis, cum ingressibus et egressibus, et cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis, iure hereditario in perpetuum habendam et irrevocabiliter possidendam, ad faciendum de ea quicquid volueritis dando, vendendo, concambiando, impignorando vel quidlibet aliud faciendo, in concambium pro domibus, colaciis, solaribus, vineis et pro omni hereditate quam in Castro Maiori habetis. Et ego predicta Agnes dono et concedo vobis domino meo Aldeffonso, regi Castelle et Toleti, domos et vineas et omnem hereditatem quam habeo et de iure michi pertinet in Castro Maiori, collacios, solares et agros integre cum omnibus directuris et pertinentiis suis iure hereditario in perpetuum habenda et irrevocabiliter possidenda pro prefata villa Senova, quam vos michi datis et ego a vobis accipio. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XXX^a, quarto nonas julii. Et ego rex A., regnans in Castella et Toletu, hanc car-

¹ Quizá sea doña Inés Gómez, hija del conde D. Gómez, que en 1208 dió al monasterio de Aguilar de Campóo propiedades en Villasandino, Villasilos y Melgarejo (*Becerro de Aguilar*, fol. 83).

tam roboro et confirmo ¹. Martinus Toletane ecclesie electus et Hyspaniarum primas, cf. — 1ª col. Marinus Burgen-
sis eps., cf. Ardericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomen-
sis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Johannes
Conchensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Rodericus Guterrii,
maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alferiz
regis, cf. — 2ª col. Petrus Ferrandi, cf. Gonçalvus Gomez, cf.
Ordonius Garsie, cf. Petrus Roderici, cf. Alfonsus Telli, cf.
Lupus Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Micha,
domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancella-
rio, scripsit.

206.

*Alfonso VIII reconoce al obispo de Burgos y su cate-
dral el derecho al diezmo de las cantidades que cobraré
el rey en el portazgo del puerto de Santander, Castro
Urdiales y demás del Cantábrico, incluídos en la diócesis
de Burgos. — Burgos, julio 10 de 1192.*

(Vol. 4, parte I, fol. 1, orig.; vol. 71, n° 16, confirmación real de 25
de febrero de 1255; SOTA, «Principes», escrit. n° 50; GONZÁLEZ, «Docu-
mentos..... de Simancas», t. V, p. 116.)

† XPS. Aω. — Presentibus et futuris notum sit ac mani-
festum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Tole-
ti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo
Ferrando, pro animabus parentum meorum et salute pro-
pria, dono et concedo Deo et Sancte Marie Burgensi ecclesie
et vobis donno Marino, eiusdem instanti episcopo, et eius-
dem ecclesie conventui vestrisque successoribus, decimas de
omni portatico portus Sancti Emetherii, integre de omnibus
rebus et mercaturis que ad eundem portum per terram et
per mare applicuerint, de quibus ego portaticum accipio et

¹ No lleva rueda.

accepero deinceps usque in finem; et decimas portatici de Castro de Ordiales de omnibus pannis et armis et de tota querambre. Et si forte ad alium portum vel ad alios portus in episcopatu Burgensi naves applicuerint, decimas portatici omnium rerum et mercaturarum que ad portus illos per mare advenerint, Burgensis ecclesia et episcopus et conventus in perpetuum ex integro percipiant sicut de portu Sancti Emetherii prescriptum est et concessum ¹. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuire presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in coto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit duplicatum restituat.

Facta carta apud Burgos era M^a CC^a XXX^a, VI idus julii. Et ego rex A., regnans in Castilla et Toletó, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Rodericus Guterrii, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alferiz regis, cf. Martinus, Toletane ecclesie electus et Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomenis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Martinus Segontinus eps., cf. Johanes Conchensis eps., cf. Briccius Placentinus eps., cf. Comes Petrus, cf. — 2^a col. Petrus Ferrandi, cf. Gonzalvus Gomez, cf. Ordonius Garsie, cf. Rodericus Sancii, cf. Petrus Roderici de Guzman, cf. Alfonsus Telli, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castilla, cf. Magister Mica, domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit ².

¹ Gozó Burgos de este diezmo hasta el reinado de Felipe II, que le rescató por cuatrocientos cincuenta mil maravedís de juro perpetuo sobre diezmos del mar (GONZÁLEZ, *Documentos..... de Simancas*, t. V, p. 118).

² Según un documento de Alfonso XI, pertenecía al rey Alfonso VIII el treintavo de los puertos de Castro Urdiales, Laredo, Santander, San Vicente de la Barquera y Ríoturbio, y de este treintavo dió el diezmo a la catedral; después dispusieron los reyes no llevar en dichos puertos sino el diezmo, conformándose entonces la catedral con cobrar el diezmo de este diezmo (vol. 71, n^o 198).

207.

Alfonso VIII otorga al obispo de Burgos y su catedral el diezmo de las rentas que produjere la propiedad agrícola del rey en el alfoz de Burgos, Ubierna y Castrogeriz, a cambio del diezmo que debieran pagar al obispo las posesiones que goza al presente el monasterio de Las Huelgas o adquiriese en lo sucesivo. Acuerdo sobre el diezmo de los baños de Burgos. — Burgos, julio 10 de 1192.

(Vol. 25, fol. 301, orig.; vol. 71, n° 3, confirmación real de 25 de febrero de 1255; RODRÍGUEZ, «Las Huelgas», t. I, p. 362; SOTA, «Principes», escrit. n° 50.)

† XPS. A^o. — Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castellæ et Tole-
ti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, dono et concedo Sancte Marie Burgensi ecclesie et vobis domno Marino, eiusdem instanti episcopo, et eiusdem ecclesie conventui vestrisque successoribus, decimas totius agriculture de botheca Burgensi regia et de Arroial et de Sotopalacios et de quanto amodo usque in finem excoluerint in agricultura de nostris terris, vineis et ortis ad opus botece Burgensis in alfoz de Burgis et in alfoz de Ovirna, necnon et decimas botece de Castro Soriz de omni agricultura integre, quam nunc et amodo usque in finem excoluerint in terris, vineis et ortis ad opus botece de Castro in alfoz de Castro, in concambium pro decimis totius agriculture de monasterio Sancte Marie regalis, quod est situm in vega de Burgis, nunc et de cetero usque in finem exercende in terris, vineis et ortis que nunc possidet idem monasterium et que in antea adquisierit emptione vel collatione regum seu oblatione fidelium.

Et si forte alia balnea preter illa, que modo sunt Burgis, de novo facta fuerint Burgis ad opus prefati monasterii

Sancte Marie regalis, et decime diminute fuerint de aliis balneis veteribus, ecclesia et episcopus Burgensis et canonici accipiant decimarum supplementum de ducentis et quindecim morabetis annuatim in residuis novem partibus veterum balneorum que spectant ad idem monasterium. Si vero vetera balnea diruta fuerint vel deserta, et nova edificata, in novis balneis ecclesia Burgensis et episcopus et canonici decimas semper integre recipiant sicut prescriptum est de ducentis et quindecim morabetis de redditibus que ex novis balneis provenient.

Preterea si aliquando forsitan contingat quod dominus rex vel aliquis de posteritate et successione sua aliquam vel aliquas hereditates de illis que nunc assignate sunt Burgensi botece et botece de Castro Soriz, et amodo assignabuntur alicui vel aliquibus in honorem ad tempus, vel in hereditatem in perpetuum assignaverit, nichilominus ex ea vel ex eis ecclesia Burgensis et episcopus et canonici decimas sine contradictione percipiant.

Et ego prefatus Marinus, Burgensis ecclesie episcopus, et totus eiusdem ecclesie conventus prefatum concambium facimus, concedimus et confirmamus, et promittimus pro nobis et successoribus nostris bona fide secundum prescriptum tenorem servaturos. Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille libras auri purissimi in cauto persolvat, et dampnum quod alterutri parti intulerit, duplicatum restituat.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XXX^a, VI^o idus julii. Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletis, hanc cartam roboro mea manu propria et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Rodericus Guterrii, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alferiz regis, cf. Martinus Toletane ecclesie electus et Hispaniarum primas, cf. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Martinus Segontinus eps., cf. Johannes Abulensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Briccius Placentinus eps., cf. Comes Petrus, cf. — 2^a col. Petrus Ferrandi, cf. Gonzalvus Gomez, cf.

Ordonius Garsie, cf. Rodericus Sancier, cf. Petrus Roderici de Guzman, cf. Guillelmus Gundissalvi, cf. Alfonsus Tellii, cf. Lupus Diaz, merinus regis in Castella, cf. Magister Mica, domini regis notarius, Guterrio Roderici existente cancellario, scripsit.

208.

Rodrigo Sánchez cede al obispo y catedral de Burgos su propiedad en Quintanaortuño y Villorejo, agradeciendo los servicios que le han hecho. — Junio de 1193.

(Vol. 32, fol. 146, orig.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Rodericus Sancier spontanea voluntate, pro remissione peccatorum meorum, do et concedo Deo et beate Marie Burgen-si ecclesie et tibi Marino, eiusdem ecclesie episcopo, successoribusque tuis, totam meam hereditatem quam habeo in Quintana Fortunno ¹ et in Villa Oreio ² cum solaribus populatis et populandis, cum montibus et fontibus, cum ingressibus et regressibus et cum omnibus suis pertinenciis, ut habeatis et possideatis illas hereditates supradictas iure hereditario in perpetuum. Et hoc facio propter multa bona servicia quod a vobis accepi et cotidie accipio, et pro tertia S. Johannis de Sarza Aguta quam cum hereditate vestra de Villa Oreio michi in prestimonium omnibus diebus vite mee dedistis, tali conditione ut post mortem meam predictas hereditates de Villa Oreio, tam meam quam vestram, cum fructibus in eis repertis et cum tertia S. Johannis, statim integre et absque omni contradictione ad Burgensem ecclesiam revertatur.

Facta carta mense junii era M^a CC^a XXXI^a, regnante

¹ Quintanaortuño, en tierra de Ubierna.

² Villorejo, cercano a Cañizar de los Ajos.

rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina et filio suo Ferrando in Toletto et in Conca et in Burgis et in toto regno suo. Huius rei sunt testes: Enneco Garcia de Tamaio. Petrus Sancii. Didacus Lupi, nepos Roderici Sancii. Petrus Petri de Cereso. Gutier Carnero. Egidius de Ovirna. Diag Roit de Salas. Garsia Ferrandi Dormaza. Ordonius filius eius. Don Armillo et frater eius Ferrandus Ferrandi. Garcia Lupi Delgediello. Ferrandus Roderici de Palacios. Alvarus Petri. Dominicus Dominici. Petrus Covo. Don Pascual. Petrus Stephani. Petrus faber. Dominicus filius Petri Salvatoris. Egidius de Taiada. Johanes de Riolazedo, scripsit.

209.

Alfonso VIII premia los servicios del obispo de Burgos, reconociendo tiene derecho a cien medidas de sal, en Añana, a título de diezmo, y a disponer de ellas y llevarlas a cualquier parte sin pago de derecho alguno. — Burgos, julio 28 de 1193.

(Vol. 34, fol. 256, orig.; vol. 71, n° 13.)

† XPS. Aw. — In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Contra multiplices vetustatis insidias cyrographorum munimine nos armamus; oblivionis etenim mater antiquitas lubricitati memorie novercatur, et que statuta sunt hodie, fortassis crastina evanescent, nisi carte beneficio solidentur. Hac ergo monitus ratione, innotescat tam presentibus quam futuris, quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, ea que statuo volens in posterum observari, una cum uxore mea Alienor regina et filio meo Ferrando, in remuneracione ipsius obsequii concedo regaliter domno Marino, Dei gratia Burgensi episcopo et eius successoribus, centum modios salis quos ipsi antea de decimis in salinis de Annana habebant, et iure

hereditario irrevocabiliter eos possideant et absque portatico et alvara ubicumque voluerint eos deferant.

Quisquis autem instinctu Sathane stimulatus hoc factum meum discretorum virorum consilio approbatum aliquo ausu non minus temerario quam nefando irritare presumpserit, maledictionem perpetuam omnipotentis Dei se noverit incursum, tot et tantis preterea apud inferos sub Anna et Cayfa cruciatibus laceretur, quod Jude penis invidens solus inter unda renatos baptismatis tanta licet; verum enim vero quia plures sunt homines qui ventura non mecientes, supplicia presenti magis terrentur incomodo quam futuro, ideo huius facti mei violatori nequissimo in penam iniungo irremissibiliter ut in redemptionem sceleris mille morabitinos regie parti solvat, duplato dampno eis quos presumpserit irrationabiliter tanta iniuria lacessere.

Ego vero Aldefonsus, regnans in Castella et Toletu, hoc privilegium quod iussi fieri propria manu roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE ET TOLETI. Martinus Toletane sedis archiepiscopus et Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Aldericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Rodericus Seguntinus eps., cf. Johannes Abulensis eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Briccius Placentinus eps., cf. Didacus Garsie, regis cancellarius, hoc privilegium scribi iussit. Rodericus Guterii, maiordomus regis, cf. Didacus Lupi, alferiz regis, cf. — 2^a col. Comes Petrus, cf. Petrus Fernandi, cf. Rodericus Sanccii, cf. Gundissalvus Gomez, cf. Petrus Roderici, cf. Ordonius Garsie, cf. Lupus Didaci, merinus regis, cf. Facta carta Burgis V^o kalendas augusti, era M^a CC^a XXXI^a. Rodericus Pauli, iussu cancellarii, hanc cartam denotavit.

210.

Con autorizaci3n de Rodrigo de Porquera y su mujer María Nicol3s, da Diego G3mez a la catedral de Burgos sus casas y dependencias de las mismas en Porquera. — Septiembre 26 de 1193.

(Vol. 32, fol. 42, orig., perg.)

In Dei nomine. — Ego Didacus Gomez cum voluntate Roderici de Porquera et uxoris sue Marie Nicholas, pro remissione peccatorum nostrorum damus et concedimus Deo et beate Marie Burgensis ecclesie et vobis dompno Marino, eiusdem ecclesie episcopo, vestrisque successoribus nostras proprias domos de Porquera ¹ cum omnibus quas (*sic*) in ipsa villa habemus cum integritate et regressibus et cum omnibus suis pertinenciis ut habeatis et possideatis vos et successores vestri iure hereditario in perpetuum. Facta carta VI kalendas octobris era M^a CC^a XXXI, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor et filio suo Ferrando in Toledo et in Burgos et in toto regno suo. Huius rei testes sunt: Gonzalvo Sanchez, filio de Sancho Antolinet de Trasmiera. Garci Gonzalvez, filio de Gonzalvo Petrez de Chebeda. Alfonso Galindet de Porquera. Diago Martinez. Martin Martinet. Michael Garciet. Petrus Pelagit. Johannes Petriz. Martinus Garciet. Dominicus Martinet. Martinus Flainet. Martinus Navarro. De Cubillo ²: Martinus, presbiter. Petro Christoval. Johannes Petrez de la Font. Martin Cobo. De Dobro ³: Johannes Abbat. Don Sancho. Pe-

¹ Porquera del Butr3n, en la merindad de Valdiviuelso.

² Cubillo del Butr3n, colindante con el anterior.

³ Dobro, aldea cercana al Ebro.

trus Pelagiz. Dominico Otero, filio de Petro Bellidet. De Otero ¹: Don Ferrando de Rebolleda. Johanes de Riolazedo, scripsit ².

211.

Avenencia entre el obispo de Burgos y el abad de Valbuena sobre posesiones de San Pedro de Berlangas y de Valbuena. — Enero 10 de 1194.

(Vol. 36, fol. 135, orig., partido en dientes por A. B. C.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Solet nonnumquam evenire ut que concorditer terminata sunt et pacifice sopita, per oblivionis incomodum rursus ad discordiam revocentur et iurgia. Adinvenit itaque prudentiorum industria ut quecumque firma stabilitate necessarium esset perpetuari, fidei scripture tenacitati mandarent, ut, hac cautela mediante, labilitati humane memorie pagine constancia subveniret. Notum sit itaque tam presentibus quam futuris quod cum controversia verteretur inter dompnum Marinum, Burgensem episcopum, et Johanem, abba-

¹ Existe un Otero de Ebro, anejo de Cubillo de Ebro, en Polientes. Esto haría sospechar que el Porquera y Cubillo de esta escritura no son los de Butrón, sino Porquera de los Infantes y Cubillo de Ebro, en el partido de Cervera de Ríopisuerga y Reinosa, respectivamente; sabemos que la catedral tuvo hacienda en Porquera de los Infantes.

² En septiembre de este año, Sancho Pérez del Val y su hermano Martín dieron al obispo y cabildo de Burgos la parte que les correspondía en un palacio de Moneo y toda su hacienda en dicho pueblo, siendo testigos: D. Lope de Mena, Pedro López de Ornes, Sancho López de Torres, Lope López de la Cerca, Martín de Fazas, Fernando Guajardo, Juan de Lomana y Pedro Pérez de Riaño (volumen 32, fol. 1, orig.).

tem monasterii Vallisbone ¹, et eorum ecclesias, super quodam molendino quod erat in pesquera de Talamanquilla ², quod Burgensis ecclesia a predicto petebat monasterio, et idem monasterium similiter contendebat se debere molendinum habere in serna Ordonii Petri super rivum qui venit de S. Petro de Berlanga, hec transactio seu amicabile compositio de communi consensu et concordii voluntate tam predictorum Marini Burgensis episcopi et Johannis abbatis monasterii Vallisbone quam utriusque loci conventuum, intervenit.

Ut ecclesia Burgensis et per eam ecclesia S. Petri de Berlanga quiete habeat et in perpetuum in pace possideat sernam quam habebat monasterium Vallisbone, quę fuit Garcie Ordonii, ob causam transactionis a predicto monasterio Burgensi ecclesię perpetua stabilitate concessam et assignatam. Similiter et monasterium Vallisbone predictum molendinum et pesqueram de Talamanquilla habeat et possideat quiete sine contradictione ulla in perpetuum, sopitis omnibus querelis quę usque nunc super predictis possessionibus mote fuerunt, propter quod utraque pars a prefatis petitionibus, hinc et inde propositis, sponte recessit et liti inchoate absque omni retractatione renunciavit. Que serna habet allataneos et conlaterales ex una parte Alfonsum et Michaellem Dominici et filios Ordonii Petri et collem que vocatur Terrero, et ex alia parte saltus que vulgariter sotos appellamus, cum ingressibus et egressibus et omnibus pertinenciis suis qui pertinent ad eandem sernam et usque ad Arlanzam, que etiam iungitur serne S. Petri de Berlanga.

Facta carta huius transactionis et amicabile compositionis III^o idus januarii era M^a CC^a XXXII^a, regnante rege Aldefonso cum regina Alienor uxore sua in Toletum et Extremadura et in Castella Huius rei sunt testes: Dompnus Matheus, decanus. Dompnus Marinus, archidiaconus. Dompnus Matheus, archidiaconus. Dompnus Odo, archidiaconus.

¹ Monasterio de monjes cistercienses, en tierra de Peñafiel, provincia de Valladolid.

² Contigua a Talamanca, entre Tordómar y Torrepadre.

Dompnus Benedictus, archidiaconus. Dompnus Gundissalvus, sacrista. Dompnus Ferrandus Helie, precentor. Dompnus Vela, prior, et totus Burgensis ecclesie conventus. De Vallebona sunt testes: Martinus Mauri, prior. Petrus de Castrillo, subprior. Petrus Lorancius, cellerarius maior. Martinus de Palencia, cellerarius medianus. Guillelmus de Beder, cellerarius minor. Michael de Collar, fr. Nicholaus de Talamanquilla. Et totus eiusdem monasterii conventus. Dionisius, scripsit.

212.

Pedro García de Aza y sus hijos dan al abad de La Vid su propiedad en Páramo y Quintanadueñas. — Enero 23 de 1194.

(Vol. 70, n° 208; vol. 37, fol. 241, orig.)

Principium scripti maneant sub nomine Christi. — Ego Petrus Garciez de Aza, simul cum filiis meis Rodericus Petri et Gonsalvus Petri, do Deo et beate Marie de Vite et vobis domno Nunno, abbati eiusdem loci, et successoribus vestris et fratribus vestris, totam illam hereditatem quam habeo et que ad me pertinet in Paramo et in Quintana pro Dei amore et anima uxoris mee et animabus parentum nostrorum, ut ea iure hereditario a fundo terre in perpetuum possideatis. Et ego Petrus Garciez simul cum filiis meis supradictis, qui hanc cartam fieri iussimus, propriis manibus illam roboravimus et confirmavimus. Si quis ergo ex nostra vel aliena proienie, etc. Facta carta in mense januarii, Xº kalendas februarii, regnante rege Aldefonso in Toledo et in Castelle (*sic*) et in Extremadura era Mª CCª XXXII; maior-domus regis Gonzalvo Peidrez. Diago Lopez, alfierez. Diago Lopez, merino. Huius rei sunt testes: Petrus, abbas Buxeti. Andreas, archidiaconus de Aza. Garci Garciez. Gonzalvo Gomez. Ferrant Royz de Castril Donelo. Martin Ferrandez de

Negrillos. Ferrant Johannes de Bassardiella ¹. Pero Vermudez. Garci Ferrandez. Roi Vermudez. Don Ramiro. Ferrant Peidrez. Pere Mar. Gutier Peidrez. De Aça: Ferrant Peidrez. Domingo Johannes. Domingo Alvaro. Don Andres. Don Johannes archipresbiter.

213.

Ordoño Pérez y otros nobles de su familia pertenecientes a la casa de Aza, dan al obispo de Burgos su herencia patrimonial en Las Hormazas. — Mayo 1 de 1194.

(Vol. 70, n° 258.)

In Dei nomine. — Ego Ordonius Petri et ego domna Mencia cum voluntate et consensu marito meo dompno Roderico, et ego Garsie Fernandiz et Vela Garciet, et Ordonius Guarsie et Garsie Garciez et Maior Garsiet et ego Urraca Garsiet, abbatissa de Ranuço, omnes in unum, bona voluntate, damus et concedimus vobis Marino, Burgensi episcopo, et omnibus successoribus vestris, et ecclesie Sancte Marie, totam illam nostram hereditatem quam habemus in illos barrios de Ormaza ², qui fuit de avis nostris, scilicet Ordonius Petri et Urracha Fernandiz, cum omnibus pertinenciis nostris, cum domos et terras, vineas et ortos et prata, cum solares populos et inpopulos, et molendinos, cum montes et fontes, cum ingressibus et regressibus, ab omni integritate, ut habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Facta carta primo die mensis may in era M^a CC^a XXXII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alionor in Burgos et in Toledo et in Castella et in omni regno suo. Huius rei sunt testes: Dompnus Lupus de Mena. Malricus

¹ Pueblo contiguo a Olmedillo, en tierra de Roa.

² Las Hormazas, al N. de Villadiego, compuestas de tres barrios.

Gomiz. Rodericus Lupi. Rodericus Didaci. Albarus Petri de Monte Angés. Lupus Garsie de Quintanilla de Bon. Petrus Petri de Alcoba. Garsia Garciez de Roa. Johannes de Riola-zedo, scripsit ¹.

214.

Alfonso VIII establece que cuantos poblaren propiedades del hospital del emperador, de Burgos, tendrán los mismos fueros que los vasallos de dicho hospital, residentes en Burgos. — Burgos, mayo 28 de 1194.

(Vol. 5, parte I, fol. 6, orig.; vol. 71, n° 112, confirmación real de 6 de febrero de 1255; SOTA, «Príncipes», escrit. n° 49.)

† XPS. A^o. — Presentibus notum sit et futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, statuo et concedo ut illi qui voluerint populare in hereditate hospitalis Sancti Petri de Barrioeras populent in ea, et habeant eosdem foros et consuetudines quas habent collacii qui populati sunt in Burgis in hereditate eiusdem hospitalis. Et hec mea institutio rata et stabilis omni tempore perseverent (*sic*). Si quis vero hanc cartam infringere vel diminuer presumperit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et regie parti mille aureos in canto persolvat, et dampnum quod vobis intulerit duplicatum restituat.

Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XXXII^a, IV kalendas maii. Et ego rex A. regnans in Castella et Toledo, hanc cartam manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM AL-

¹ Doña Mencía, mencionada en esta escritura, dejó al cabildo catedral una suma de dinero para dotar el aniversario de D. Pedro Rodríguez, hijo del conde D. Rodrigo; cantidad que invirtió el cabildo en 1213 en unas posesiones, compradas a Sancha Polo (volumen 70, n° 171).

DEFONSI REGIS CASTELLE. Martinus Toletane ecclesie archiepiscopus et Hispaniarum primas, cf. — 1^a col. Ardericus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Garsias Calagurritanus eps., cf. Rodericus Segontinus eps., cf. Johannes Conchensis eps., cf. Guterrius Seccobiensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Petrus Roderici de Guzman, maiordomus curie regis, cf. Didacus Lupi de Faro, alferiz regis, cf. — 2^a col. Guterrius Roderici, cf. Ordonius Garsie, cf. Egidius Gomiz, cf. Petrus Roderici de Guzman, cf. Alfonsus Tellit, cf. Rodericus Sancii, cf. Didacus Lupi de Fitero, merinus regis in Castella, cf. Didaco Garsie existente cancellario, magister Mica, domini regis notarius, scripsit.

215.

El obispo de Palencia y el abad de Valbuena, jueces delegados del papa, determinan los derechos episcopales de visita que ha de pagar el monasterio de San Juan de Burgos, y cuáles corresponden a las parroquias cuyos fieles dejan mandas pías a dicho monasterio. — Roa, junio de 1194.

(Vol. 41, fol. 2, orig., partido en dientes por A. B. C.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. — Hec est convenientia quam ego Aldericus, episcopus, et ego Johannes, abbas Vallisbone, a Domino Papa Celestino iudices dati inter Marinum, Burgensem episcopum, et Guiraldum, priorem S. Johannis de Burgis, super querimoniis que inter eos vertebantur, de consensu utriusque partis fecimus. Siquidem Burgensis episcopus petebat a priore S. Johannis procuracionem quam dicebat ex visitationis officio singulis annis semel sibi deberi. Similiter petebat canonicam porcionem eorum que parrochiani sui eidem monasterio in morte relinquebant, quorum utrumque prior se debere inficiaba-

tur. Convenit itaque inter eos amicabili compositione, nobis mediantibus, cum consensu capituli utriusque illorum, ut prior S. Johanis, qui pro tempore fuerit, nomine procurationis singulis annis in festo S. Johanis Baptiste vel infra octabas persolvat Burgensi episcopo VI morabetinos perpetuo, iusti ponderis et probate monete, et hoc ideo ne pre multitudine familie, quam Burgis habere solet, predictus episcopus predicto monasterio nimis honorosus existeret si in ipso monasterio procuracionem reciperet.

De his vero que a parrochianis ecclesie Burgensis, vel aliarum ecclesiarum que in eiusdem episcopi diocesi sunt, prefato monasterio in morte relinquuntur, tertiam partem consequantur ecclesie quorum parrochie extiterunt, computatis ceteris omnibus que in pias causas reliquerunt.

Ne autem hec compositio in dubium vel in irritum revocari valeat, nos sigillis nostris muniri hanc cartam iussimus. De hac vero compositione facte sunt due carte sub eodem tenore conscripte.

Facta carta apud Rodam era M^a CC^a XXXII^a, mense junio. — 1^a col. Ego Marinus, Burgensis episcopus, hanc compositionem confirmo et sigillo meo munio. Matheus, decanus Burgensis, ts. Marinus, archidiaconus, ts. Odo, archidiaconus, ts. Matheus, archidiaconus, ts. Benedictus, archidiaconus, ts. Dompnus Gundisalvus, sacrista, ts. Dompnus Ferdinandus, precentor, ts. Magister Menendus, ts. Dompnus Vela, prior, ts. Martinus Pelagii, ts. Dompnus Didacus Petri, ts. Magister Helias, ts. Petrus Johanis de S. Laurencio, ts. Et totus Burgensis ecclesie conventus, ts. et confirmat compositionem et subscribit. — 2^a col. Ego Guiraldus, prior S. Johanis, hanc compositionem confirmo et sigillo meo munio. Ego Oliverius, monachus S. Johanis, ts. Ego Saturninus, monachus, ts. Ego Petrus Archerii, ts. Ego Johanes de Helines, ts. Ego Johanes de Sca. Eulalia, ts. Ego Bonet, monachus, ts. Ego Johanes, nepos eiusdem prioris, monachus, ts. Ego Johanes de Arenillas, monachus, ts. Et totus conventus, ts. et confirmat compositionem et subscribit.

216.

Rodrigo Peláez de Castrillo cede al obispo de Burgos todo su derecho en las iglesias de San Pedro de Castrillo y Santa María, y en las propiedades de las mismas, comprometiéndose a dejar a la primera, al tiempo de su muerte, parte de sus bienes muebles y semovientes y un hórreo. — Julio de 1194.

(Vol. 33, fol. 196, orig.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. — Ego Rudericus Pelagii de Castrillo do vobis domno Marino, Burgensi ecclesie episcopo, et vestris successoribus, in perpetuum, ecclesiam S. Petri de Castrillo ¹ et ecclesiam Sancte Marie que in hereditate eiusdem ecclesie S. Petri sita est, excepta duadecima (*sic*) parte que est S. Petri de Cervatos, et nona parte que est nepotum meorum, omnes alias partes predictarum ecclesiarum do vobis cum duabus partibus hereditatum que ad eandem ecclesiam beati Petri de Castrillo pertinere dinoscuntur, scilicet, cum egressibus et regressibus, cum montibus et fontibus et molendinis, ut habeatis et possideatis vos et vestri successores iure hereditario in perpetuum. Preterea hoc adiungo ut in fine mee vite ad minus quinque vaccas et boves, qui tunc ibi inventi fuerint ad opus hereditatis ipsius ecclesie, et horreum quod emi a Roderico Pelagii de la Haia relinquam in hereditate ipsius ecclesie. De ceteris autem mobilibus hoc idem dico, puta capris, porcis, ovibus, gallinis et anseribus et reliquis mobilibus. Huius facte donationis a Roderico Pelagii isti sunt testes: Garsias Ordoniz Daguiar. Rudericus Gundisalvi, gener Guterrii Gundissalvi de Covas. Toribius Guterrii de Covas. Hii sunt testes ex genere nobilium; ex genere autem rusti-

¹ Castrillo del Haya, en Valdeprado (Reinosa).

corum hii: Pascasius. Dominicus de Corral. Petrus Michaelis, filius Michaelis Petri. Fueth.

Facta carta in mense iulii in era M^a CC^a XXXII^a, regnante rege Aldefonso et uxore eius Alionor et filio eius domno Ferdinando infante. Didaco Lupi de Henar ¹, existente alfieraz. Petro Ruderici de Guzman, existente maiordomino. Didaco Lupi de Fitero, existente merino. Ego Rudericus Pelagii huic donationi subscribo et eandem confirmo, et quicumque eam infringere voluerit iram Dei supra se sentiat, omnia elementa sint ei contraria, ipsum vivere sit ei supplicium et ipsum mori solatium, et insuper mille aureos in coto regie maiestati persolvat.

217.

Celestino III faculta al obispo de Burgos para reincorporar a su iglesia los bienes que hubieren sido indebidamente enajenados por incuria o negligencia de sus antecesores. — Roma, octubre 7 de 1194.

(Vol. 71, n^o 78.)

Celestinus episcopus, serv. serv. Dei, venerabili fratri Burgensi episcopo, sal. et apost. ben. — Que contra rationem et equitatem iuris a quibuslibet attemptatur, in irritum sunt mediante iusticia revocanda. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis iustis precibus favore apostolico concurrentes, fraternitati tue presenti pagina indulgemus ut ea que ad ius ecclesie tue pertinent et per incuriam vel negligentiam antecessorum tuorum iniuste alienata fuerint, tibi liceat auctoritate nostra, sublato appellationis diffugio, sicut iustum fuerit revocare in irritum, et ecclesie tue usibus applicare. Quod si aliquis temere contraire presumpserit,

¹ Los documentos reales de este año señalan como alférez a Diego López de Haro.

tu eum per distriktionem ecclesiasticam nichilominus a sua presumptione compescas. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam indulgentie nostre infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani nonas octobris Pontificatus nostri anno quarto.

218.

El abad de La Vid vende al obispo de Burgos y su catedral la propiedad de Quintanadueñas y Páramo, que le había dado Pedro García de Aza. — La Vid, noviembre 3 de 1194.

(Vol. 71, nº 136.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen. — Notum sit tam presentibus quam futuris quod nos, scilicet, Nunio, abbas Sancte Marie de Vite, et congregatio eiusdem monasterii, unanimi consensu et pari voluntate, vendidimus vobis dompno Marino, Burgensi episcopo, et eiusdem ecclesie conventui totam illam hereditatem quam donavit nobis Petrus Garciez de Aça pro anima uxoris sue quam habebat in Quintana et Paramo de iuso pro quadraginta morabetis, quos a vobis accepimus, ut de illo precio meliora nobis prospiceremus, ut vos et successores vestri et per vos Burgensis ecclesia hereditario iure in perpetuum possideatis illam, et inconcuso iure firmiter teneatis.

Misimus etiam et dilectos filios nostros S. priorem et S. fratrem nostrum in possessionem prediacte hereditatis, Burgenses canonicos scilicet dompnum Velam et dompnum Didacum nomine ecclesie sue eam recipientes; et tunc presentes fuerunt qui istud audierunt et viderunt sicut testes: De Paramo: Dompnus Petrus, clericus. Gonzalvo Pradiello.

Dompnus Martinus, frater illius. De Marmellar: Don Martin, abbat. Don Petrus, abbat. De Villa Armentero: Pedro Perez. Don Johannes de Quintana. Martinus Johannes, iudex de Quintana duennas. Si quis autem contra hoc factum venire temptaverit, cum Juda traditore eternis deputetur incendiis. Ego abbas Nunio confirmo et sigillo meo roboro. Johannes, prior, cf. Martinus, supprior, cf. Martinus, vestiarius, cf. Michael, provisor, cf. Petrus, provisor, cf. Et totus eiusdem monasterii conventus, cf. Facta carta apud Sanctam Mariam de Vite III^o nonas novembris era M^a CC^a XXX^a II^a. Johannes, succentor predicti monasterii, hanc cartam scripsit.

219.

Gutierre Muñoz cede al obispo de Burgos la propiedad que le corresponde en Berzosa y Quintanillabón, por ciento cincuenta maravedís. — Abril de 1196.

(Vol. 20, fol. 89, orig.)

In Dei nomine. — Ego Guterrius Munionis spontanea voluntate vendo vobis dompno Marino, Burgensi episcopo, vestrisque successoribus, totam meam hereditatem quam habeo vel habere debeo in villa que dicitur Verezosa ¹ et toda la part de Teresa Munioz ², sorore mea, la qual ego comparavi per la mea part de Quintanilla ³, et sunt las duas quintas de totam illam hereditatem patris mei, cum terris cum solaribus populatis et heremis, cum montibus et fontibus et pascuis, cum ingressibus et regressibus, et cum omnibus suis pertinenciis ab omni integritate, pro C. L. morb.; et sum inde bene paccatus. Si quis autem hoc meum fac-

¹ Berzosa de Bureba.

² Era mujer de Garci Fernández, fundador del monasterio de Villamayor de los Montes.

³ Quintanillabón, en Bureba.

tum, etc. Facta carta mense aprilis era M^a CC^a XXX^a III^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina et filio suo Ferrando in toto regno suo. Huius rei testes sunt: Ordonius Garsiez de Castello Sarrazin ¹. Alfonso Gomez, filius Gomez Carrillo. Don Gil de Taiada. Ferdinandus Munioz de Saldania. Don Garcia, alcalde de Burgos. Petrus Moro, alcalde. Don Marin, alcalde. Ferdinandus Martinez. Don Gil Gonzalvez el..... ano. Johanes de Riolazedo, scripsit. Do per mano a Martin Lofarenc qui mitat vobis in hereditatem.

220.

La abadesa de Las Huelgas, María Gutiérrez, y sus hijos asignan al hijastro, Gonzalo Martínez, la parte que le corresponde en la herencia de Martín González, mayor-domo que fué de la reina Leonor. — Octubre de 1197.

(Vol. 49, n^o 42, orig., perg., partido por A. B. C. en recto.)

In Dei nomine. — Esta es la partizion que fizo el abbatissa Sancte Marie regalis, per nomine domna Maria Guterrez, con suos filios per nomine domno Garcia Martinez et con Roi Martinez et con Ferrando Martinez et con Urraca Martinez et con suo annado Gonçalvo Martinez de quanta hereditatem les perteneçe aquend serra, et de quanto les perteneçe en Sepulvega; et en sorte sabida dan ad Gonçalvo Martinez las duas partes de la hereditatem de Villa Gonçalvo ², con la casa qui foi de Ferrando Verde, alladannos illos ennessos con suos solares ermos et poblados, et delant la carrera et con entrada et con exida, et las vinnas quantas hi son et con quantos arbores a ennas vinnas, foras la hereditatem de Contreras et de Vacrin, quanto hi compro don Martin cum sua mulier domna Maria Guterrez, et lo de Parada.

¹ Hoy Sarracín, al S. de Burgos.

² Villagonzalo Pedernales, al S. de Burgos.

Facta carta in mensem octubris in era M^a CC^a XXXV annos. Desto son testigos: Nunno Diaz de Alvillos, ts. Gonçalvo Martinez de Xaramello, ts. Petro Serrazin, alcalde de Burgis, ts. Domno Petro Micholas, ts. Roi Martinez de Xaramello, ts. Domno Johanes, el clericus de Arcos, ts. Petro Lopez de Bellenna, ts. Mathias, ts. Migael Ferrero, ts. Johanes Petri de Arcos, ts. Pedro Loçano de Bellenna, ts. Petro Estevanez de Villagonçalvo, ts. Petro Ferrandez de las Quintanillas, ts. Dominicus suo genero, ts. Domno Pascual, ts. Dominico Diaz, ts. Petro Gonçalvez, ts. Martinus Martinez, clericus, ts. Domno Petro de Mioro de Barrio episcopus, ts. Et totum concilio de Villa Gonçalvo, ts.

221.

Alfonso VIII premia los servicios de Diego, abad de San Pedro de Berlangas, concediendo a su iglesia ocho acémilas mayores de leña por semana en el monte de Lerma. — Solarana, noviembre 1º de 1198.

(Vol. 34, fol. 22, orig.; vol. 71, nº 28.)

† XPS. Aω. — Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea regina Alienor et cum filio meo Ferrando, pro remedio anime mee necnon et salute propria, et quia vos semper promptum ac devotum in obsequiis meis inveni, facio cartam donationis, concessionis et stabilitatis Deo et monasterio Sancti Petri de Berlangas et vobis domno Didaco, eiusdem instanti abbati, vestrisque successoribus perhenniter duraturam. Dono nempe vobis et concedo ut in monte de Lerma unaquaque ebdomada, in loco illo ubi eiusdem ville homines ad opus sui ligna scinderint, scindatis et vos et curtetis ad opus domus vestre quantum octo azemilas maiores poterint afferre. Si quis vero hanc cartam

infringere vel diminuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat, et cum Juda Domini proditore supliciiis internalibus mancipetur; et insuper regie parti mille aureos in cauto persolvat, et dampnum quod vobis super hoc intulerit duplicatum restituet.

Facta carta apud Soleranam era M^a CC^a XXXVI^a, die festo Omnium Sanctorum. Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletó, hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Martinus Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Marinus Burgensis eps., cf. Alde-ricus Palentinus eps., cf. Martinus Oxomensis eps., cf. Rodericus Segontinus eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Comes Petrus, cf. Gonçalvus Roderici, maiordomus curie regis, cf. Didacus Luppi de Faro, alferiz regis, cf. — 2^a col. Alvarus Nunii, cf. Guterrius Ferrandi, cf. Alfonsus Telli, cf. Guillelmus Gonzalviz, cf. Petrus Martini de Oca-ritz, cf. Guterrius Diaz, merinus in Castella, cf. Didaco Gar-sie, existente cancellario, Dominicus domini regis notarius scripsit.

222.

Pedro García y otros nobles venden a Andrés Ibáñez cuantas propiedades tienen en Rebillarruz, por ciento ca-torce maravedís de oro alfonsíes. — Octubre de 1199.

(Vol. 32, fol. 291, orig.; vol. 71, n^o 139.)

In Dei nomine. — Ego Petrus Garciez, et Gundissalvo Garciez, et Didacus Gundissalvi, et donna Guiralda cum consensu et voluntate de meo marito Garsias Abbati, et ego Maria Garciez cum consensu et voluntate de meo marito Johan de la Barva, et ego donna Urraca cum consensu et voluntate de meo marito Pedro Ferrandez, ex nostras bonas voluntates vendemos a vos don Andres Johannis quantas

hereditates nos habebimus in Ribilla ¹ et in todo so alfoz, scilicet, domos, terras, vineas, ortos, molinos, montes, fontes, prados, divisas, intradas et exidas, totum ab omni integritate quantum ad nos pertinet per CXIV morabetos bonos alfonsinos ex auro et pondere, et sumus de illis paccati. Si quis hoc nostrum factum infringere voluerit, in primis iram Dei habeat, et in coto regi terre D. morabetos persolvat, et cum Juda traditore in inferno inferiori sit dampnatus, et vobis dompnus Andreas Johanni ista vendida dupplata vel meliorata in simili loco restituat.

Facta carta mense octuber sub era M^a CC^a XXXVII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua regina Alienor et cum filio suo Ferdinando in Burgis et in Castella et in Tolete et in omni regno suo. Huius rei sunt testes. De militibus: de Olmos: Didacus Petri. Gundissalvus Garciez. Petrus Pelaez. De rusticis: Dominico Johannes. Johannes Dominici. De Fontoria sunt testes: Petrus Cabeça, alcalde. Paschasius, alcalde. De Ribilla sunt testes: Dompnus Rodericus, presbiter. Matheus. Petrus Johannes, alcalde. Dompnus Ciprianus. Johannes Martinus. Petrus Petri, merino.

Et ego Roy Ferrandez so fiador de sanamiento a fuero de tierra de redrar qui demandasse esta heredath qui es super scripta, et fielo en Ribilla et vin delante los alcaldes de Burgos, et atorgue esta fiadura et que testiguassen todos estos testigos qui son super scriptos sobre mi si obos fuessen. Unde sunt testes. De Burgos: Dompnus Petrus Poncii. Dompnus Petrus Moro. Dompnus Petrus Cerrazin. Dompnus Petrus Caro. Matheus de Cortes. Don Senoreth. Johan Barva. Petrus Tosten. Dionisius, scripsit.

¹ Debe ser Revillarruz, a juzgar por los pueblos vecinos que se nombran en la escritura: Olmos Albos y Hontoria de la Cantera.

223.

Diego González y su mujer Elvira dan al obispo de Burgos su hacienda de Piélagos y Berzosa y todo su rebaño vacuno; elige aquél sepultura en la catedral de Burgos, dotándola con el quinto de todos sus bienes, muebles e inmuebles, y recibe del obispo, en préstamo vitalicio, las tercias de varios pueblos del valle de Toranzo. — Julio 18 de 1200.

(Vol. 31, fol. 353, orig., partido en dientes por A. B. C.; fol. 354, copia contemporánea.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Didacus Gundissalvi, cum consensu et voluntate uxoris mee donne Elvire, pro remissione peccatorum meorum do et concedo Deo et beate Marie Burgensi ecclesie et vobis domno Marino, eiusdem ecclesie episcopo, vestrisque successoribus, totam meam hereditatem, quam ex parte matris mee in Pielagos ¹ michi accidit, integre ut habeatis eam iure hereditario in perpetuum. Et ego domna Elvira, cum consensu et voluntate mariti mei Didaci Gundissalvi, dono, concedo et roboro totam meam hereditatem, quam ex parte patris mei in Verezosa ² michi accidit in sortem, vobis domno Marino, Burgensi episcopo, vestrisque successoribus in perpetuum iure hereditario nunc et deinceps possidendam et habendam.

Preterea damus vobis totas nostras vaccas quas tenet Michael Niger ut nunc et deinceps disponantur et ordinentur secundum mandatum vestrum et arbitrium maiordomi vestri, ita quod omnibus diebus vite vestre totum servicium

¹ Valle de Piélagos, cerca de Santander.

² Existen varios pueblos de este nombre, y así no sabemos a cuál se refiere el texto.

illarum vaccarum inde percipiamus, excepta decima et decimam vaccarum quas tenet Guterrius Martini.

Insuper ego Didacus Gundissalvi offero corpus meum Deo et beate Marie Burgensi ecclesie cum tota mea quinta bonorum meorum, tam mobilium quam immobilium, et eligo ibi sepulturam, ita quod de cetero non habeam potestatem eligendi sepulturam in alia ecclesia. Addo etiam quod post mortem meam omnes supradicte vacce, quas Michael Niger tenet, Burgensi episcopo sine omni contradictione remaneant, ita quod uxor mea nichil inde percipiat.

Et ego Marinus, Burgensis ecclesie episcopus, cum consensu et voluntate capituli Burgensis, pro dilectione et devocione quam habetis erga Burgensem ecclesiam, do et concedo vobis terciam de Villa Sevil, de Heruc, de S. Martino, de S. Jurde et de Azreda ¹, ut habeatis eam in prestimonium omnibus diebus vite vestre; post mortem vero amborum suprascripte tercie in pace et sine contradicione aliqua ad Burgensem ecclesiam revertantur.

Facta carta XV^o kalendas augusti era M^a CC^a XXXVIII, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alienor regina et filio suo Ferrando in Toletto et Burgis et in toto regno suo. Huius rei testes sunt: Munio Munionis de Arauço. Guillelmus Petri de Guçman. Albarus Gomeç. Garsia Gomeç. Lupus Gomeç. Albarus Didaci de Cespedes. Ferrandus Martini de Cordovilla. Ferrandus Pardo. Lupus de Boniel. Petrus Acelina de Burgis. Dominicus cambiador. Johanes Sancier. Petrus Bravo. Domnus Matheus, decanus. Marinus, archidiaconus. Benedictus, archid. Magister Melendus. Petrus Johanis. Johanes Mathei, frater eius. Petrus, tio. Martinus Andree. Domnus Bermudus et Burgensis conventus. Ferrandus Gondissalvi, scripsit.

¹ Villasevil, Iruz, San Martín, Santurde y Acerea, pueblos del valle de Toranzo.

224.

Inocencio III ordena a los obispos de Osma y Segovia y al arcediano de Palencia obliguen al abad de Arlanza a respetar los derechos del obispo de Burgos en Villaverde Mogina. — Roma, marzo 20 de 1201.

(Vol. 71, n° 87.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus Oxomensi et Secobiensi episcopis et dilecto filio G. Lombardo ¹, Palentine ecclesie archidiacono, sal et apost. ben. — Intelleximus ex parte venerabilis fratris nostri Burgensis episcopi quod abbas S. Petri de Arlança decimas et institutiones clericorum atque alia iura episcopalia ei presumit auferre, que sibi competunt in quodam loco, qui Villa Viridis appellatur. Quia igitur iniuriam eiusdem episcopi nolumus clausis oculis pertransire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus predictum abbatem sollicitè moneatis, efficaciter inducentes ut super hiis plenam iusticiam exhibeat episcopo supradicto. Alioquin ipsum ad hoc per censuram ecclesiasticam, remoto appellationis obstaculo, compellatis. Quod si non omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani XIII kalendas aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

¹ Giraldo Lombardo.

225.

Inocencio III censura algunos procedimientos del abad de Oña, contrarios al derecho del obispo de Burgos, y le manda comparezca ante el tribunal de los obispos de Osma y Segovia y del arcediano de Palencia a dar cuenta de su conducta. — Roma, marzo 21 de 1201.

(Vol. 71, nº 93.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis abbati et monasterio Oniensi, sal. et apost. ben. — Querimonia venerabilis fratris nostri Burgensis episcopi ad nos transmissa pervenit quod vos de prediis que rusticis excolenda conceditis, de quibus episcopus decimas recipere debet, fraudem circa modulationem huiusmodi comperistis qua et rusticos pregravatis et decimas ut tenemini episcopo non exsolvitis memorato. Ad hec, neque de mortuariis eorum quos ad sepulturam admittitis, neque de mobilibus aut immobilibus aliquam parochialibus ecclesiis facitis quod exigunt canones portionem. Inde est quod per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus quatinus, cum a venerabilibus fratribus Oxomensi et Secobiensi episcopis et dilecto filio G. Lombardo, Palentine ecclesie archidiacono, vel duobus eorum, si omnes interesse non poterunt, quibus causam commisimus fine debito terminandam, fueritis hac de causa citati, eorum vos conspectui presentetis, et quod ipsi ratione duxerint previa decernendum, suscipiatis humiliter, et firmiter observetis. Datum Laterani XII kalendas aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

226.

Inocencio III reitera a favor del obispo de Burgos la bula de Celestino III de 7 de octubre de 1194. — Roma, marzo 25 de 1201.

(Vol. 71, nº 79.)

227.

Bula de Inocencio III, encomendando a los obispos de Osma y Segovia y a G. Lombardo el conocimiento de los abusos del abad de Oña en orden a la absolución de excomulgados y entredichos por el obispo diocesano, conocimiento judicial de litigios matrimoniales, destitución de clérigos en las iglesias de la abadía y prohibición a los mismos de asistir al sínodo diocesano ¹. — Roma, marzo 28 de 1201.

(Vol. 31, fol. 22, orig.)

228.

Inocencio III encomienda a los obispos de Osma y Segovia y al arcediano de Palencia citen a su tribunal al clérigo que sirve la iglesia de San Pelayo de Labedo y juzguen sus actos de rebeldía contra el obispo de Burgos. — Roma, marzo 31 de 1201.

(Vol. 71, n^o 88.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus Oxomensi et Segobiensi episcopis et dilecto filio G. Lombardo, archidiacono Palentino, sal. et apost. ben. — Querelam venerabilis fratris nostri Burgensis episcopi recepimus continentem quod..... monachus S. Pelagii de Labedo, interdictos et excommunicatos ab eo ad divina recipere atque

¹ Reproduce el mismo texto que las de Urbano III de 1186 y Clemente III de 1188.

alias eisdem communicare pro sue voluntatis arbitrio non formidat; et iniquitatem iniquitati adiungens, excommunicatus divina presumit officia celebrare. Preterea tertiam quam de antiqua et approbata consuetudine a parroquianis suis Burgensis ecclesia recipere consuevit, contra iusticiam detinere contendit et reddere contradixit. Cum igitur nobis non constiterit de premissis, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus convocatis, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit super hiis, appellatione postposita, statuatis, facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari, nullis litteris veritati et iusticie preiudicantibus a Sede Apostolica impetratis. Quod si non omnes hiis exequendis nequiveritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani II kalendas aprilis Pontificatus nostri anno quarto.

229.

Inocencio III manda al abad y monjes de Oña reciban en procesión solemne al obispo de Burgos cuando se presentare según lo preceptuado por los cánones; comunicales que faculta a los obispos de Osma y Segovia y al arcediano de Palencia para exigir su cumplimiento, incluso mediante censuras. — Roma, abril 3 de 1201.

(Vol. 31, fol. 19, orig.; vol. 71, n° 86.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis abbatibus et monachis Oniensibus, sal. et apost. ben. — Venerabilis frater noster Burgensis episcopus sua nobis insinuatione suggestit quod predecessores tui una cum monachis Onienses, antecessores eius in monasterio vestro processionaliter receperunt, et ipsos tanquam ceteri abbates Burgensis diocesis honore debito prevenire curarunt. Volentes igitur iura eiusdem episcopi tanto propensius conservare quanto ei munus

consecrationis et benedictionis contulimus per nos ipsos, universitatem vestram monemus attentius et per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus tam in processionibus quam in aliis sua iura prefato episcopo exhibeatis humiliter et servetis; alioquin noveritis venerabilibus fratribus nostris Oxomensi et Segobiensi episcopis et dilecto filio G. Lombardo, Palentine ecclesie archidiacono, dedisse firmiter in mandatis ¹ ut vos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, remoto appellationis obstaculo, previa ratione compellant. Datum Laterani III nonas aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

230.

Alfonso VIII otorga a Arloto de Marsán la villa de Hontanas, libre de todo pecho real y exenta de la justicia del Rey, con facultad de transmitirla a sus herederos o enajenarla. — Cea, agosto 18 de 1203.

(Vol. 29, fol. 28, orig.; vol. 71, n° 118.)

† XPS. Aω. — Per presens scriptum notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, libenti animo et voluntate spontanea, pro multis et gratis obsequiis que michi hactenus fideliter exhibuistis et assidue exhibere non cessatis, facio cartam donacionis, concessionis, stabilitatis et absolutionis vobis Arlotho de Marzan, dilecto meo, et posteris vestris et omni successioni vestre perpetuo duraturam. Dono itaque vobis et concedo illam villam que dicitur Fontanas ², in publico itinere beati Jacobi sitam, cum collaciis et solaribus populatis

¹ La bula del papa, dirigida a éstos, lleva la misma fecha que la presente y está en el vol. 71, n° 89.

² Hontanas, cerca de Castrogeriz.

et heremis, cum terris, vineis, pratis, pascuis, aquis, rivis, nemoribus et defesis et cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis, quecumque ibi habeo vel habere debeo, iure hereditario in perpetuum habendam et irrevocabiliter possidendam, ad faciendum inde quicquid volueritis, dando, vendendo, impignorando, concambiando vel quidlibet aliud faciendo.

Absolvo etiam eandem villam ab omni pecto, posta, facendera, fonsado, fonsadera et ab omni regio tributo et gravamine in perpetuum, ita quod non pectent nec faciant postam vel facenderam aliquam michi vel alicui alii nisi vobis et posteris vestris. Absolvo etiam predictam villam ab omni introitu merini, mandans ac firmiter precipiens quod nullus merinus meus sit ausus ullo modo eam intrare, nec aliquid inde accipere vel occupare. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Ceam era M^a CC^a XL^a prima, XVIII^a die mensis augusti. Et ego rex A., regnans in Castella et Toletu, hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Martinus Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Aldericus Palentinus eps., cf. Rodericus Segontinus eps., cf. Didacus Oxomensis eps., cf. Julianus Conchensis eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Jacobus Abulensis eps., cf. Ferrandus Burgensis electus, cf. Gonzalvus Roderici, maiordomus curie regis, cf. Comes Ferrandus Nunii, alferiz regis, cf. — 2^a col. Alvarus Nunii, cf. Lupus Sancii, cf. Rodericus Diaz, cf. Petrus Gonzalvi de Marannone, cf. Guillelmus Gonzalvi, cf. Egidius Garsie, cf. Guterrius Diaz, merinus regis in Castella, cf. Petrus, domini regis notarius. Didaco Garsie existente cancellario, scripsit.

231.

Arloto de Marsán vende la villa de Hontanas al obispo de Burgos y su catedral por quinientos maravedís y con aprobación del rey. — Valladolid, abril 1 de 1204.

(Vol. 29, fol. 27, orig.)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Arlotus de Marçan, bono animo et voluntate spontanea, et de mandato et cum consensu domini regis Alfonsi et uxoris sue domine regine Alienor et filii sui domini Ferrandi, vendendo domno Ferrando, Burgensis ecclesie episcopo, et ecclesie vestre villam illam que vocatur Fontanas, quam dominus rex Aldefonsus una cum uxore sua Alienore regina et cum filio suo domino Ferrando in iure hereditario michi dedit cum ingressibus et regressibus, pratis, pascuis, terris, vineis, molendinis, arboribus, et cum omnibus suis pertinenciis, et cum ecclesia eiusdem ville, pro D. morb., quos a vobis sine aliqua diminutione integre suscepi, et sum inde bene pacatus; ita ut vos vestrique successores et Burgensis ecclesia supradictam villam sicut michi data fuit, cum ingressibus et regressibus, pratis, terris, vineis, molendinis, arboribus, et cum omnibus suis pertinenciis sine aliqua inquietatione et contradicione in perpetuum habeatis et possideatis. Si quis vero ex mea progenie vel aliena hanc vendicionem et hoc factum irritare vel contradicere presumpserit, iram Dei omnipotentis incurrat et in cauto regi terre m. aureos persolvat.

Et ego domnus Ferrandus, Burgensis episcopus, de bonis ecclesie Burgensis, de mandato et cum consensu domini regis Alfonsi et uxoris sue domne Alienoris regine et filii sui domnus Ferrandus, prenominatam villam, sicut supra dictum est, emi; et ideo dominus rex Aldefonsus hanc cartam in perpetuum valituram concedit et confirmat et sigilli sui munimine roboravit.

Facta carta apud Vallisoletum mense aprilis era M^a CC^a XLII^a, regnante rege Aldefonso cum uxore sua Alie-

nor regina et cum filio suo domno Ferrando in Burgos et in Toletis et in omni regno suo. Huius rei sunt testes: Domnus Martinus, archiepiscopus Toletanus. Domnus Ferrandus Comes, et frater eius Albarus Nunii. Gomes Petri. Rudericus Ruderici. Rudericus Martini, maiordomus regine. Domnus Yspanus, ecclesie Toletane decanus. Domnus Sancius, eiusdem ecclesie archidiaconus. Domnus Martinus, archidiaconus de Arevalo. Magister Turgis, archidiaconus de Opte.

232.

Alfonso VIII ratifica la venta de la villa de Hontanas, reconociendo su propiedad al obispo de Burgos y sus sucesores. — Valladolid, abril 1 de 1204.

(Vol. 71, n.º 122.)

Per presens scriptum notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filio meo Ferrando, facio cartam concessionis, confirmationis et stabilitatis Burgensi ecclesie beate Marie et vobis domno Ferrando, eiusdem instanti episcopo, karissimo nepoti meo, vestrisque successoribus perhenniter duraturam. Concedo itaque vobis ecclesiam et villam illam que dicitur Fontanas, sitam in publico itinere beati Jacobi, quam emistis mandato meo pro quingentis morabetis ab Arlotho de Marzan, cui quondam eam dederam iure hereditario in perpetuum habendam, prout in privilegio quod ei inde condideram continetur. Et emptionem illam roboro pariter et confirmo, mandans ac firmiter precipiens ut predictam ecclesiam et villam cum omnibus directuris, terminis et pertinenciis, quecumque ibi habebam vel habere debebam, iure hereditario perpetuo habeatis et irrevocabiliter possideatis. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Vallemoleti era M^a CC^a XL^a II^a, kalendas aprilis. Et ego rex A. regnans in Castella et Toletis, hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confir-

mo. Martinus Toletane, sedis archiepiscopus, Hispaniarum primas, cf. Aldericus Palentinus eps., cf. Didacus Oxomensis eps., cf. Rodericus Segontinus eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Julianus Conchensis eps., cf. Johannes Calagurritanus eps., cf. Brietius Placentinus eps., cf. Gongalvus Roderici, maiordomus curie regis, cf. Comes Ferrandus Nunii, alferiz regis, cf. Alvarus Nunii, cf. Rodericus Diaz, cf. Lupus Sancii, cf. Petrus Gonzalvi de Marannone, cf. Gomicius Petri, cf. Egidius Garsie, cf. Guterrius Diaz, merinus regis in Castella, cf. Petrus, domini regis notarius, Didaco Garsie existente cancellario, scripsit.

233.

Alfonso VIII otorga al obispo de Burgos la villa de Villasur de Herreros con sus vasallos y propiedades. — Valladolid, mayo 6 de 1204.

(Vol. 37, fol. 459, orig.; vol. 71, n° 119.)

† XPS. A^o. — Presentibus et futuris notum sit ac manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Tole^ti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filiis meis Ferrando et Henrico, grato animo et voluntate spontanea, pro animabus parentum meorum et salute propria ac pro delictorum meorum venia consequenda, facio cartam donationis, concessionis et stabilitatis Deo et cathedrali ecclesie Bur^gensi beate Marie et vobis donno Ferrando, eiusdem instanti episcopo, karissimo atque dilectissimo nepoti meo, vestrisque successoribus perhenniter duraturam. Dono itaque vobis et concedo villam illam que dicitur Villa Assur de Ferreros ¹ integre cum collaciis, solaribus populatis et heremis, cum terris, vineis, pratis, pascuis, rivis, aquis, molen^dinis, nemoribus et defesis, cum ingressibus et egressibus et cum omnibus directuris, terminis et pertinentiis suis, iure

¹ Villasur de Herreros, al E. de Arlanzón.

hereditario in perpetuum habendam et libere ac sine contradictione aliqua irrevocabiliter possidendam. Et hec mee donationis et concessionis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret. Si quis vero, etc.

Facta carta apud Valleoleti era M^a CC^a XL^a secunda, VI^a die mensis maii. Et ego rex A., regnans in Castella et in Toleto, hanc cartam quam fieri iussi manu propria robo-ro et confirmo. † SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Martinus Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, cf. — 1^a col. Aldericus Palentinus eps., cf. Didacus Oxomensis eps., cf. Gundissalvus Secobiensis eps., cf. Rodericus Segontinus eps., cf. Julianus Conchensis eps., cf. Johannes Calagurritanus eps., cf. Briccius Placentinus eps., cf. Gonzalvus Roderici, maiordomus curie regis, cf. Comes Ferrandus Nunii, alferiz regis, cf. — 2^a col. Alvarus Nunii, cf. Rodericus Diaz, cf. Lupus Sancii, cf. Rodericus Roderici, cf. Ferrandus Garsie, cf. Egidius Garsie, cf. Guterrius Diaz, merinus regis in Castella, cf. Petrus, domini regis notarius, Didaco Garsie existente cancellario, scripsit.

234.

Inocencio III manda a los abades, priores y clérigos de la diócesis de Burgos concurren al sínodo diocesano que anualmente se celebra en la catedral, no obstante la costumbre en contrario, por ellos alegada; de lo contrario, ratificará las penas que el obispo de Burgos lanzare contra ellos. — Roma, mayo 5 de 1205.

(Vol. 7, parte II, fol. 62, orig., con sello; vol. 71, n° 99.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis universis abbatibus, prioribus et aliis clericis Burgensis ecclesie, diocesana lege subiectis, salt. et apost. ben. — Exposita nobis venerabilis fratris nostri episcopi vestri petitio contine-

bat quod vos ad sinodum eius semel in anno convenire ad cathedralem ecclesiam recusatis, quadam prescriptione longi temporis vos tuentes. Cum igitur talis occasio ad hoc non possit nec debeat vos tueri, per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandamus quatinus semel in anno ad sinodum quam idem episcopus apud cathedralem ecclesiam duxerit celebrandam, sine contradictione qualibet accedatis, salubria eius monita et mandata recipientes humiliter et devote. Alioquin sententiam quam idem episcopus in vos propter hoc rationabiliter promulgaret, ratam faceremus haberi. Datum Rome apud S. Petrum III nonas maii, Pontificatus nostri anno octavo.

235.

Inocencio III establece, a petición del cabildo catedral, que el nuevo obispo, que sucediere a Fernando González, una vez confirmado por la Santa Sede, pueda reintegrar a la mesa episcopal los bienes que ilícitamente enajenó u obligó dicho D. Fernando. — Roma, febrero 21 de 1206.

(Vol. 71, nº 80.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis Burgenſi Capitulo, sal. et apost. ben. — Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, auctoritate vobis presentium indulgemus quatinus ille, quem vobis in episcopum duxeritis eligendum, postquam fuerit confirmatus, redditus ad mensam episcopi pertinentes, quos bone memorie F., Burgenſis episcopus, obligavit illicitę vel concessit, ad mensam propriam appellatione postposita possit legitime revocare, ac compellere creditores ut sua sorte contenti, usuras ab ipsa ecclesia non requirant, nec

idem contra statuta legitima illa debita, ab episcopoco supra- dicto contracta, solvere compellatur que fuisse conversa in utilitatem ipsius ecclesie non probantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incur- surum. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII kalendas marcii, Pontificatus nostri anno octavo.

236.

Inocencio III declara que en la vacante de la sede de Burgos, podrá el cabildo catedral promulgar las indulgencias que acostumbran conceder los obispos a cuantos visitaren la catedral el día de la Asunción. — Roma, febrero 21 de 1206.

(Vol. 7, parte II, fol. 2, orig.; vol. 71, n° 81.)

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis Decano et Capitulo Burgensi, sal. et apost. ben. — Cum episcopus vester in festo Assumptionis beate Marie singulis annis venientibus ad ecclesiam vestram aliquotam partem iniuncte ipsis penitentie consueverit relaxare, postulatis per Sedem Apostolicam edoceri utrum defuncto episcopo remissionem consimilem in eodem festo facere vos possitis. Ad quod breviter respondemus quod eandem indulgentiam sede vacante denuntiare licebit. Datum Rome apud S. Petrum VIII kalendas martii, Pontificatus nostri anno octavo.

237.

Alfonso VIII ordena que los vasallos de Villasur de Herreros no paguen anualmente a su señor, el obispo de Burgos, sino medio maravedí por vecino; y que cuando el rey echare contribución general en Castilla, no perciba el mismo de cada uno, sino otro medio maravedí. — Burgos, mayo 28 de 1207.

(Vol. 37, fol. 460, orig.; vol. 71, n° 120, confirmación de Fernando III en Burgos a 15 de enero de 1237.)

Per presens scriptum sit notum omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina et cum filiis meis Ferrando et Henrico, statuo et mando quod G. episcopus Burgensis, qui nunc preest ecclesie, vel aliquis successorum suorum de cetero nunquam aliud exigant ab hominibus de Villa Assur de Ferreros, presentibus et futuris, nisi singulos medios morabetinos de unoquoque vicino, et hoc in festo Sanchi Michaelis unoquoque anno, quia cum tali eos inveni consuetudine. Addo etiam et volo ut deinceps ego vel mei successores non requiramus aliquid de prefata Villa Assur de Ferreros nisi singulos medios morabetinos de unoquoque vicino, et hoc cum nostram fecerimus petitionem per Castellam. Si quis vero hanc cartam, etc. Facta carta apud Burgis era M^a CC^a XL^a quinta, reg. exp. V^o kalendas mensis junii ¹.

¹ Con fecha en Burgos, a 15 de enero de 1237, Fernando III, al confirmar la donación de Villasur de Herreros, dispuso: «Quod preter istos medios morbetinos quos debent dare michi homines de Villa Assur, et alios singulos medios Burgensi episcopo, non debent aliquid; et sint excusati ab omni alio pecto, petito, fazendera, fonsado, fonsadera, et ab omni regio gravamine et tributo. Et mando quod nec prestamarius nec eius merinus intent in Villa Assur, nec

238.

Mateo, arcediano de Burgos, establece dos capellanías en los altares de Santo Tomás y San Antonio, de la catedral, por él contruídos, con obligación de cantarse misa diaria por sus parientes los obispos Pedro y Marino y por sus padres y sobrinos, que señala; dota dichas capellanías con bienes y dinero que entrega a la catedral, y establece quién y cómo han de proveer dichas capellanías. — Años 1207-1211.

(Vol. 40, fol. 230, orig., partido en dientes por A. B. C.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Matheus, archidiachonus Burgensis, in remissionem peccatorum meorum necnon et parentum meorum, videlicet episcoporum Petri et Marini et patris mei et matris mee et fratris mei Johannis Dionisii, et Marini et Mathei archidiaconi, nepotum meorum, et Elvire neptis mee et Martini Lupi mariti eius, et Didaci eorum filii, dono et concedo Sancte Marie ecclesie Burgensi eiusque conventui totam illam domum, que fuit patris mei Dionisii, que facta est in vico S. Nicholay in strata publica, cum omnibus tendis suis superioribus et inferioribus; et aliam domum que fuit Martini Armendez, necnon et aliam domum que fuit Dominici cellerarii et insuper C. aureos in numerata pecunia, iure perpetuo in pace et quiete possidenda.

Dono etiam et concedo illud palumbare quod fuit domni Mathei avi mei, et situm est in vico Sancte Agathe iuxta rivum de Vena cum suo solari, quod iuxta positum est. Et do

exigant ab eis prandium vel petium vel aliquid aliud, quia ego eximo eam ab alfoz de Villafranca. Et mando quod maiorinus intret ibi pro illis causis pro quibus maiorinus debet intrare; et nullus alius maiorinus intret nisi fuerit Burgensis episcopi.» (Vol. 71, n° 120.)

et concedo Burgensi ecclesie eiusque conventui ortum illum, quem ego emi a domno Adriano, vicino meo, qui situs est in vico Sancte Marie, quem ego coniunxi ortulo qui coniunctus est domui quam ego inhabito, que fuit Petri Johannis, filii Johannis Dominici, et feci unum ortulum esse qui prius duo orti erant.

Et conventus Burgensis ecclesie, auctoritate et voluntate episcopi G. suffultus, mutua vicissitudine vult et concedit, ut duo sacerdotes ab eadem ecclesia percipiant singulis diebus talem perpetuo portionem, scilicet, ut uterque illorum recipiat duos panes et duas inticias vini et duos denarios, et hec omnia eiusdem qualitatis et bonitatis habeant alii canonici. Officium autem istorum duorum sacerdotum tale sit ut singulis diebus singulas tantum cantent missas et non plures, unam quam nominant pro peccatis et aliam pro defunctis, et hoc me et domna Elvira superstitibus. Nobis vero defunctis, utramque cantent pro defunctis. Cantabunt autem in altaribus, que ad honorem S. Thome martiris et beati Antonii abbatis in ecclesia Sancte Marie construximus. De oblationibus vero quas perceperint, tantum retineant quantum et alii qui aliis altaribus deserviunt.

Si quis autem iam dictorum ministrorum uspiam abire voluerit causa necessitatis, quam prius tamen episcopus vel prior cum capitulo aprobaverit, statim in capitulo declaret quem relicturus est qui vices eius adimpleat. Et si ipse ultra tertium diem absens fuerit, possit episcopus vel prior cum capitulo portionem eius integram alii assignare qui usque ad adventum officium possit implere. Preterea volumus ut in iam dictis altaribus sacerdotes nostri plenissimam habeant potestatem ne, scilicet, eis invitis quovis tempore ibi aliquis audeat celebrare nisi cum ipsi celebraverint. Ego et domna Elvira dum vixerimus reservamus nobis potestatem instituendi et destituendi, prout nobis melius visum fuerit, ministros ipsos; hoc autem fiat cum scientia episcopi et capituli; nobis vero defunctis habeat potestatem episcopus cum capitulo instituendi et destituendi et etiam cogendi eos interesse diurnis nocturnisque officiis in choro, sicuti unum de canonicis, nam ut assidui sint in choro volumus

et modis omnibus exoptamus. Quod si fortasse non fecerint, sciant proculdubio id in periculum animarum suarum redundare. Damus autem potestatem cuivis de parentela nostra si ea que premisimus negligenter agi prospexerint, capitulum intrare et querelam deponere.

Rogamus autem et obtestamur in Domino, tam episcopum quam canonicos iam dicte ecclesie, ut ad solum Deum respectum habentes, eos eligant quos indigentiores et aptiores huic ministerio esse cognoverint, necessitate eis imposita ut in unoquoque mense semel perlegant hanc cartulam in pleno capitulo. Ad presens autem instituimus P. de Essar et Apparicium sacerdotes.

239.

Mayor y Sancha, hijas de Pedro Ibáñez el nieto, se hacen familiares del cabildo catedral, al cual entregan su propiedad en Quintanilla Moro Cisla, bajo condición que dicho cabildo les provea anualmente de las subsistencias y dinero que señalan. — Abril de 1207.

(Vol. 70, n° 232.)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego domna Mayor, filia Petri Johannis el nieto et domne Elvire, cum sorore mea domna Sancia offerimus Deo et beate Marie Burgensis ecclesie et domno Benedicto decano et omni conventui eiusdem ecclesie corpora nostra et omnes res nostras et hereditates nostras, quas habemus in Quintanilla Muno Cisla, scilicet, casas, ortos, vineas, eras et omnes hereditates quas habemus ibi vel habere debemus ab omni integritate, cum montibus et exitibus et cum pascuis et rivis, pro tali pacto quod vos detis nobis in unoquoque anno XXV almudes de trigo et V. almudes de com., et el tercio del vino et del lino de Quintanilla, et medio almut de legumbre si ibi fuerit, et I mor. per conducho et medium morab. per calciamenta, in unoquoque anno in omni vita nostra; et in pre-

senti quod detis X morb. ad opus vestimentorum, et illud sufficiat nobis usque ad VI annos.

Cualquede de nos amas passare del sieglo ante que el otra, illa que remanserit habeat XV almudes de trigo et V de comunia et medietatem vestimentorum et I mor. pera conducho et quarta de mor. per calciamenta, et medietatem lini, et vinum supradictum.

Facta carta mense aprilis sub era M^a CC^a XLV^a. Huius rei sunt testes: ex militibus: Domnus Ordonius. Rodericus Gundissalvi. Rodericus Didaci. Stephanus, clericus. Andreas, clericus. Petrus, clericus de Bivar. Johannes Dominici, clericus. Ex concilio sunt testes: Martinus, filius Petri Dominici. Petrus Martini. Martinus Ferrandez. Johannes Pelagii. Domnus Stephanus. Petrus Dominici et totum concilium de Quintanilla. De canonicis sunt testes: Martinus, precentor, archidiaconus Johannes. Magister Melendus. Gundissalvus Martini. Domnus Vela, prior. Magister Martinus. Dominicus, capellanus. Johannes Peregrini et Martinus Cardena et domnus Vitalis economi. Nicholaus, scripsit.

240.

El cabildo de Burgos cede a Pedro Ibáñez de Cotar y sus hijos, los solares de Cotar, poblados y yermos, determinando los tributos que anualmente habrán de satisfacer. — Marzo de 1209.

(Vol. 70, n^o 14.)

In nomine Domini nostri Jhesu Christi. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Benedictus, decanus Sancte Marie Burgensis ecclesie, et ego Johannes de Gamonar et Johannis Michaelis et Magister Rodericus maiordomus, cum consensu et voluntate tocius capituli, damus et concedimus vobis Petro Johannis de Cotar et filiis vestris, scilicet, Dominicus Petri diachonus et Petrus Camini et Domenga Petri et Urraca Petri et Maria Petri, et alio-

rum hominum qui venerint post vos in illos nostros proprios solares populos et non populos, quos nos habemus in Cotar. Pro tali pacto damus et concedimus vobis quod detis per singulos annos unam terciam morabeti, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem in mense marci, ad ecclesiam beate Marie Burgensis ecclesie. Illos homines qui ibi populaverint, pro unoquoque solari unam terciam morabeti, sicut superius dictum est. Et pro tali pacto damus et concedimus vobis que si ibi fuerit aliqua mannaria, det ad obitum suum unum solidum, et seaquito. Nullus homo qui vendere voluerit aut subppignorare suam domum vel suum solare, vendat ad istum forum sicut superius scriptum est. Facta carta mense marci sub era M^a CC^a XLVII. Huius rei sunt testes. De canonicis: Martinus Abbas capiscol. Archidiaconus Marinus. Archidiaconus Matheus. Gundissalvus, sacrista. Magister Martinus. Magister Egidius ¹. Magister Melendus. Johannes Peregrini. Petrus Johannis Sancti Laurentii, et omne capitulum eiusdem ecclesie. Nicholaus, scripsit.

241.

El cabildo catedral da en préstamo vitalicio a Gonzalo González unas casas en el barrio de Santiago, con obligación de pagar anualmente nueve maravedís; por su parte, Gonzalo González cede al cabildo el derecho que le corresponde en el molino de Posadillo. — Noviembre de 1210.

(Vol. 70, n^o 36.)

In Dei nomine. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris que el convento de Sancta Maria de Burgos dan a Gonzalvo Gonzalvez illas casas qui sunt in vico Sancti Jacobi, las qui estan en front de las casas de donna Domenga, uxor de don Forz, et filiis suis, et pro tali pacto

¹ Fué después cardenal.

gelas dan que las tenga ent toda su vida, et él que cadanno dé al convento de Sancta Maria VIII mrs. et post obitum eius remanescam las casas quitas al convento. Et per isto amor que faze el convento a don Gonzalvo Gonzalvez et per los IV mrs. que les avie a dar per el aniversario de don Diago et per el cammio de la huerta, dales don Gonzalvo Gonzalvez al convento de Sancta Maria en heredamiento per siempre toda la sue part que el avie en el molino de Posadillo, en la rueda de dentro VI vezes que avienen a cabo de XV dias, III dias et III noches, et en la rueda de fora el noveno de una vez, et partes don Gonzalvo Gonzalvez de luego de todo quanto el avie en est molino superius nominato por siempre iamas.

Facta carta mense novembris sub era M^a CC^a XLVIII^a. Huius rei sunt testes: del convento de Sancta Maria: Archid. Marinus. Archid. Matheus. Magister Egidius. Archid. Martinus. Abbas capiscol. Petrus Diaz, sacristano. Magister Melendus. Magister Martin. Martinus Andreas, prior. Johannes Peregrini. Petrus Johannes. Johannes de Gamonar. Martinus Cardenna. Magister Roderici. Johannes Michael, escrivano. Don Gutierre de Salas. Dominicus, capellanus. Dominus Daniel et totum capitulum. De laycis sunt testes: Garcia Ifant. Petrum Caro. Don Ponz. Domnus Emri. Garcia, filio de don Forz. Nicholaus, scripsit.

242.

Avenencia entre el monasterio de Oña y el obispo de Burgos sobre los clérigos de las iglesias propias de aquél, pago de diezmos y tercias, collazos del monasterio, etc. — Mayo 2 de 1218.

(Vol. 71, n^o 42; «Bol. Ac. Hist.», t. XXVII, p. 88 y ss.)

Sopita controversia que inter Burgensem ecclesiam et Oniense monasterium super statu eiusdem monasterii vertebatur per providentiam domini Pape Innocentii tercii, feli-

cis recordationis, et condemnato sententialiter iam dicto monasterio quantum ad membra sua, videlicet, monasteria, capellas, cellas et prioratus Burgensis ecclesie in quatuor capitulis, scilicet, quod clerici dictorum locorum tenerentur venire ad synodum episcopi, archidiaconi et archipresbiteri Burgensis, et ad annuas procuraciones eorundem et sentencias excommunicationis et interdicti ab eisdem latas servare, et singulos aureos Burgensi episcopo de novo substituto persolvere; cum in capitulo decimarum a monasterio et colonis et ecclesiis ipsius per Burgensem episcopum petitarum in quo conclusum fuerat coram iudicibus delegatis, sententiam ferre vellet memoratus Papa, procurator predicti monasterii obtinuit beneficium restitutionis in integrum ad probandam prescriptionem tam in quatuor articulis prenotatis, in quibus ipsum monasterium fuerat sententialiter condemnatum, quam in capitulo decimarum ¹.

Cum prima igitur commissio post latam supradictam sententiam super probationem prescriptionis et interruptionis in predictis articulis ad Zamorensem episcopum et suos coniudices emanasset, coram quibus fuit multo tempore altercatum, denuo secunda ad R. archidiachonum Oxomensis et suos collegas super eodem negocio emanavit, tertiam insuper ad decanum Compostellanum et suos coniudices Onienses monachi nisi sunt obtinere.

Sed quoniam in prosecutione iam dicti negotii supradictum monasterium Oniense enormiter lesum erat, ceperunt abbas et monachi Onienses de compositione cum Burgensi ecclesia tractare, cuius gratiam et favorem sibi perutilem et valde necessarium reputabant. Post multiplicem igitur tractatum inter episcopum et capitulum Burgensis ecclesie ex una parte, et abbatem et conventum Onienses ex altera parte, huiusmodi amicabile compositio intercessit.

Cesserunt siquidem abbas et capitulum Oniense liti seu

¹ Publicamos esta bula por ser de capital importancia para el conocimiento del derecho episcopal en los monasterios y sus iglesias, y esclarecer cuanto dejamos escrito en el tomo segundo sobre este particular.

questioni vel controversie in quatuor articulis prenotatis in quibus sententia lata fuerat contra monasterium Oniense quantum ad membra sua, renuntiantes probationi prescriptionis ad quam probandam admissi fuerant per beneficium restitutionis in integrum, tam in quatuor articulis suprascriptis quam in capitulo decimarum, promittentes etiam firmiter quod super probatione predictae prescriptionis numquam Burgensem ecclesiam molestabunt. Cesserunt insuper decimis omnium colonorum sive collaciorum suorum in quacunque parte Burgensis episcopatus eos habent vel habebunt, ita quod ipsi coloni seu collacii persolvant decimas suas ecclesiis parrochialibus in quibus audiunt divina officia et ecclesiastica percipiunt sacramenta, nisi sint tales collacii seu coloni qui morentur in locis in quibus sepedictum monasterium habeat ex integro ecclesiam, vel in ecclesia ipsius loci percipiat ipsum monasterium tertiam decime quam Burgensis episcopus deberet percipere de iure communi sed monachi adquisiverunt per transactionem, si tamen in ipsis ecclesiis ipsi collacii monachorum divina audierint officia et ecclesiastica perceperint sacramenta.

Item concedunt quod de omnibus sernis suis et hereditatibus quas non excoluerint ipsi propriis manibus vel sumptibus, dentur decime ex integro ab his a quibus dari debent ecclesiis parrochialibus in quarum territorio site sunt hereditates. Hoc autem de acquisitis ante Concilium sub Innocentio III celebratum intelligitur; nam de post dictum Concilium acquisitis vel deinceps acquirendis, sive ipsi excolant propriis manibus vel sumptibus, sive dederint aliis excolendas, iuxta novam constitutionem decime ex integro parrochialibus ecclesiis in quarum territoriis sunt site hereditates persolvantur.

Item vassalli monasteri Oniensis circa monasteria vel cellas vel prioratus vel alias ecclesiolas ipsius monasterii commorantes, si quas habent vel habebunt hereditates de quibus decime solvi consueverunt, ecclesiis parrochialibus dent decimas integre de eisdem hereditatibus ecclesiis parrochialibus ad quas iure territorii pertinere noscuntur. Cedunt preterea terciis omnium parrochialium ecclesiarum, sive

ipse ecclesie sint monasteria sive alteriusmodi, quas ecclesias seu tercias quocumque modo acquisivit monasterium Oniense post transactionem inter Burgensem ecclesiam et dictum monasterium tempore Victoris et Johannis de Alcoçero, abbatis Oniensis, initam, de quibus ipsi abbas et conventus per se scire poterunt quod post dictam transactionem acquire site fuerunt.

De aliis autem debet fieri inquisitio in hunc modum: tres de canonicis Burgensis ecclesie, scilicet, magister Martinus, magister Apparicius et abbas de Salas, et tres de monasterio Oniensi: abbas scilicet et prior de S. Toribio et prior Alfonsus inspicient diligenter omnia instrumenta monasterii Oniensis, eaque plene et fideliter exhibenda teneantur monachi Onienses; et de quibus ecclesiis parrochialibus vel tertiis per instrumenta vel per aliam veram inquisitionem constiterit quod post transactionem supradictam acquire site sunt a monasterio Oniensi, Burgensi ecclesie sine contradictione aliqua episcopales tertie relinquantur. De quibus autem ecclesiis vel tertiis dubium fuerit utrum ante transactionem vel post acquire site fuerunt a monasterio Oniensi, predicti VI inquisitores arbitrentur sicut eis visum fuerit expedire, quorum arbitrio tam Burgensis ecclesia quam monasterium Oniense stare tenetur, si quidem ipsi VI inquisitores vel maior pars eorum in unam sententiam concordabunt; quod si super aliquo dissenserint et pares fuerint, VII^{us} associetur eisdem, scilicet abbas S. Emiliani de la Cogolla, et illorum sententia quibus dictus VII^{us} consenserit obtinebit.

Ad hoc autem quod tali arbitrio super tertiis seu ecclesiis de quibus dubium erit stetur, tam Burgensis ecclesia quam Oniense monasterium se obligat sub pena CC. aureorum; et insuper tertiam vel tercias, ecclesiam vel ecclesias de quibus arbitrati fuerint alterutra pars que eorum arbitrio stare noluerit perdat. Episcopus vero Burgensis de consensu sui capituli recedit a lite seu controversia in capitulo decimarum quas petebat a monasterio Oniensi.

Preterea renuntiat petitioni expensarum ad quas condemnandum esset monasterium Oniense si deficeret in probatione prescriptionis, ad quam probandam missus fue-

rat predicti monasterii procurator. Ut autem prescripta compositio firma et stabilis omni tempore perseveret, confecta sunt inde duo instrumenta, quorum utrumque quatuor sigillis munitum est, scilicet, episcopi et capituli Burgensis, et abbatis et monasterii Oniensis, quorum unum habebit monasterium Oniense, alterum vero Burgensis ecclesia retinebit.

Acta sunt ista anno dominice Incarnationis M^o CC^o XVIII^o, secunda die mensis may in palatio episcopi in claustro Burgensi ¹.

243.

Doña Mayor, vecina de Burgos, elige sepultura en la catedral y cede a su cabildo la propiedad y derechos en varios pueblos de las cercanías de la ciudad. — Mayo de 1221.

(Vol. 70, n^o 209.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris cuemo dona Mayor de mi buena voluntat fago mi division et prometo et escoio mi sepultura et do mio cuerpo a Sancta Maria de Burgos, et do todo quanto e en Boniel et en sus terminos, et en Villavela ² et en sus terminos, et en Rave et en sus terminos, et en Alvillos et en sus terminos, et en Caviu-

¹ En virtud de esta avenencia dispuso el obispo de Burgos en 1255 que los clérigos de Arenas, Tejada y la Puente percibieran la mitad de los diezmos, primicias y mortuorios de estos tres pueblos, y la otra mitad el monasterio de Oña y en su nombre el prior de Tejada; la iglesia de Tejada sería parroquial de los tres pueblos susodichos, y éstos tendrían derecho a nombrar el párroco, eligiendo entre sus hijos clérigos; no habiéndolos, le nombraría el prior de Tejada (vol. 71, n^o 48).

² Villela, pueblo desaparecido en términos de Frandovínez.

la ¹ et en sus terminos, a Sancta Maria de Burgos. Et demas prometo que si per aventura sanare yo, que non pueda dar mio cuerpo a otro nengun logar nin pueda otra division facer; et si per aventura otra ficiere, que non vala et esta que valga et desafuero de todos fueros, et tomo fuero de Burgos hont so veçina; et dio dona Mayor per mano a D. Diago, su hermano, al archidiacono Magister Marin et al sacristano magister Apparicius, los quales eran presentes per mandado del cabildo de Burgos que los pusiesse en la heredad que es en los terminos que son dichos de suso et de su mueble per cumplir su manda. Figo cabeçales a D. Diago su hermano. Facta carta mense madii era M^a CC^a LVIII. Unde sunt testes: Johan Yaguez, el alcalde. Gonzalvo Gonzalvez. Don Gil Cano. Johan Descobilla. De Boniel: Dominico Martini, clerigo. Don Alfonso. Don Marin. Johan de Paramo. Dominico Martin de los Huertos. Dominico Nieto. Don Ferrando de Villaveta. Johan Petri, scripsit.

¹ Cayuela, entre Cabia y Albillos.

APÉNDICES

I

OBITUARIO DE LA CATEDRAL DE BURGOS ¹

ENERO

1. Obiit Dominicus Cidet archidiaconus, era M^a C^a XXXV. — Obiit Petrus archidiaconus Toletanus. — Obiit Mioro, mater Archiepiscopi, et Petrus Elie, era M^a CC^a LIII, et habent duplicatum.

3. Obiit Johanes Petri, era M^a CC^a I. — Obiit Petrus Martini, era M^a CC^a XXI. — Obiit Arnaldus Xorigon; anniversarium eius in molendino Sancte Agathe, et debent dare duos aureos in caritate.

4. Apud Mediolanum obiit Andericus de Palacio, avus

¹ Las fechas asignadas a la muerte de algunos personajes no son siempre seguras, por falta de los copistas; así, el 15 de febrero se registra como acaecida en 1152 la muerte de la infanta Sancha, hermana de Alfonso VII, que vivía aún en 1158; el 30 de mayo de 1107 la de Sancho, hijo de Alfonso VI, que ocurrió en 1108; el 9 de julio de 1175 la de Sancho, hijo de Alfonso VIII, que lo fué en 1181; el 6 de octubre de 1114 la de Alfonso VIII, que acaeció en 1214. Idénticas confusiones deben existir con respecto a otros personajes menos conocidos; pero, en general, el Obituario acierta en las fechas, y señala los días de mes, antes desconocidos, en que ocurrió la muerte de reyes e infantes y otros magnates. De ahí la importancia de este Obituario.

domni Anderici episcopi, era M^a C^a LXXXIX. — Obiit Roger canonicus; anniversarium eius in Currali Prioris. — Obiit Petrus de Essar; anniversarium eius in domibus iuxta pontem.

5. Obierunt Stephanus archidiaconus, era M^a C^a LXVII. Et Munio Cidet, era MCLVII. — Obiit Gundemar subdiaconus, era MCLVII.

6. Obiit Raimundus subdiaconus, cancellarius regis, era M^a CC^a XXXV: debent exire IV aureos: duo de S. Martino de Mazcorros, et duo de S. Johanne de Orcejon. Hos IV aureos in caritate. — Obiit Sancia Fernandiz, uxor Johannis Petri aurificis, era M^a CCC^a XVIII; anniversarium in domibus que sunt in vico S. Laurentii, iuxta domos episcopi.

7. Obiit comitissa Armesenda, uxor Comes Amalricii, era M^a CC^a XV^a; duplicatum. — Obiit domna Melina, uxor Mathei Chastel, et Ferdinandus Johannis, filius J. iudicis. — Obiit Petrus Landeia, era M^a C^a XCVIII, et Johannes dictus de Ponte, presbiter, era M^a CC^a LI.

8. Obiit Petrus Mauri, iudex, era M^a CC^a XLVI; anniversarium eius est de vinea et de terra quam dedit in Villa Argamar, que sunt ad S. Sebastianum; duplicatum. — Obiit magister Rodericus, canonicus, era M^a CC^a LXXII: anniversarium eius in domibus que sunt in via Castelli, et habent tres aureos; eodem die alumpnis I aureum. — Obiit Johannes Petri, era M^a C^a L^a. — Obiit Petrus diachonus de Villa Ezma-lo, et habent unum aureum in caritate, era M^a CC^a XLII. — Obiit Gundissalvus Serrazin, sacrista, era M^a CC^a XLVIII; duplicatum. — Obiit Garsias Petri, filius Petri Serrazin, era M^a CC^a XLIII, et anniversarium eius in vineis de Ferreira. — Obiit domna Maria Petri, filia Petri Serraceni, era M^a CC^a LXVI: anniversarium eius in domibus del señor don Vecent.

11. Obiit Lupus subdiaconus, era M^a C^a XXXII; et Michael Urovo, era M^a CC^a V^a: anniversarium eius de terra et vinea quam dedit at fontem Vitalis pro anima sua.

20. Obiit Michael prior, era M^a CC^a IIII, et habent duplicatum. — Obiit Nicholas, capellanus episcopi Mauricii, era M^a CC^a LXXXV; anniversarium eius in domibus de las

Regeras. — Obiit Ferrant Yvanes, nepos archidiaconi magistri Johannis Mathei; anniversarium eius en las casas nuevas delante la plaça de Sancta Maria, era M^a CC^a XCII.

21. Obiit Stephanus, filius Stephani Thome, era M^a CC^a II. — Obiit Gundisalvus de Villa Avertini, tabeldio civitatis Burgensis.

22. Obiit Johannes Justi, era M^a CXCIV, et uxor eius Maria, era M^a CC^a IV; duplicatum. Notum sit quod dompnus Dominicus de Ribella Valleiera canonicus facit festum S. Vincentii cum duabus capis.

23. Obiit Oro, era M^a LXXVIII^a; duplicatum. — Et Stephanía, uxor Sancii, era M^a CC^a XLII^a; duplicatum de orto. — Et Petrus Serrazin, alcalde, era M^a CC^a L^a; anniversarium eius in orto de Vega et in Palomar et in ipsa casa; duplicatum.

24. Obiit Martinus Guterrii, subdiaconus, era M^a CC^a XCIX. — Et dompna Elvira, uxor Petri Poncii, era M^a CC^a XL^a V^a. — Et Petrus Martini, filius Martini de la Bufanna, era M^a CC^a LIV. — Obiit Poncius, filius Petri Cari, era M^a CC^a LXIV.

26. Obiit Stephanus Ponz, era M^a CC^a XL^a. — Obiit Rodericus Petri, filius Petri Lamberti, era M^a CC^a LXXXV^a. — Obiit Johannes Gundisalvi, nepos Johannis de Sancta Cruz, era M^a XC^a III^a. — Obierunt Martinus de Bordel et uxor eius Domenga, era M^a CC^a XCV^a.

27. Obiit Isidorus, presbiter, era M^a C^a LXXXIV.

28. Obiit famula Dei Orocara, era M^a CC^a XII. — Obiit Didacus molendinarius, era M^a CC^a XXV; duplicatum. — Obiit Petrus Guillelmi, era M^a CC^a XLII. — Obiit dompna Constancia, uxor Guillelmi Joiquel, era M^a CC^a LI^a.

29. Obiit Garsias Gomecii, era M^a C^a XCV^a. — Obiit Johannes Folcos, era M^a CC^a LXXX^a; et habent duos aureos in caritate de vinea. — Obiit Arnaldus, era M^a CC^a LXXX^a; anniversarium eius in palatio et in orto de los cavallos de Villaiuda. — Obiit Mari Coca.

30. Obiit Vincentius Endurez, presbiter et canonicus, era M^a C^a XCVIII. — Obiit domna Urracha, uxor de don Artux, era M^a CC^a LXVIII.

31. Obiit Marinus iudex, et filia eius Elvira, era M^a CC^a LIII^a, qui dedit pro anima sua et uxoris sue omnem hereditatem quam habebat in Rio de Seras, et domos que sunt in vico S. Jacobi.....; tali pacto quod unus sacerdos cantet missam semper pro animabus eorum. — Obiit Rodericus Petri, era M^a CC^a XLV. — Obiit Matheus Guillelmi, era M^a CC^a LVII. — Obiit Dominicus archidiaconus, era M^a CC^a XXXVI. — Obiit dompna Xemena, uxor Guillelmi Archel, era M^a CCXLVI.

FEBRERO

1. Obiit Michael Dominici et pater eius Dominicus de Palomar, era M^a CC LXXI. — Obiit dompna Elvira et vir eius Dominicus de Palomar, era MCCLXXII.

2. Obiit Berengaria imperatrix, era M^a CLXXXVII. — Obiit Lupus de Mena, era MCCXXXIII^a. — Obiit Vela, prior, era M CC^a XLVIII.

3. Obiit Julianus Aleth, era MCXXXVII. — Obiit Ollia, uxor Fernandi Tellii, era MCCXX. — Obiit magister Bernardus, era M^a CCXV. — Obiit Dominicus, presbiter de Villagutierre, era M^a CC^a XXXVII^a.

4. Obiit Petrus Dominici de Francia et nepos eius, era M^a CC^a LXXIII.

5. Obiit bone memorie Gomecius, episcopus, era M^a CXXXV. — Obiit Urraca, soror Martini Juliani, era M^a CCXLV. — Obiit dompnus Ramundus Rendol, era M^a LXIX (*sic*). — Obiit Stephanus presbiter, era M^a C^a LXXXVIII. — Obiit dompnus Petrus Dolchiti et uxor eius Xemena: oratione pro illis.

6. Obiit Petrus Roderici, frater episcopi Mauricii. — Et pater magistri Johannis Dominici, archidiachoni Verbecensis, et dompne Agnetis, matris eius.

7. Obiit Petrus de Vega et uxor eius et filius suus Durandus: oratione pro illis, era M^a CC^a XIX.

9. Obierunt Salvator era M^a CLII, et Marinus pres-

biter, era M^a CLXXII. — Obiit Sancia, cometissa, era MCCXLII.

10. Obierunt Munius Fannez et Sancius, clericus, era M^a CL^a

13. Obiit Johanes Dominici de Celada, era MCCXL. — Obiit dompna Leticia, era M^a CCXL. — Obiit Guzberth iuvenis de la Mota, era M^a CCXLVII^a.

14. Obiit Ferdinandus Tellii, era MCCVIII. — Obiit dompnus Petrus, capellanus S. Nicholai, era MCCLVIII.

15. Obiit Sancia infantissa, soror Adefonsi Imperatoris, era M^a CXC. — Obiit dompna Placencia, uxor Ferdinandi Martini.

16. Obiit Maria, era MCCII. — Obiit Ferdinandus Martini, filius Martini Ramiri iudicis, era M^a CC^a LVII.

17. Obiit Garsias, presbiter, era M^a CLXXV. — Obierunt dompna Domenga, uxor de don Forz, et dompnus Garsias, filius eius, era M^a CCLXI. — Et dompna Flandina neptis, filia Dominici Boni, era MCCLXI.

18. Obiit Oro conversa. — Obiit Ferdinandus Cervi, presbiter et canonicus, era MCCXXI.

20. Obiit Sebastianus. monachus, era M^a C^a XXXII.

21. Obiit Ferdinandus Ferdinandi, prior et canonicus, era M^a CC^a XVII. — Obiit Maria, uxor Didaci Ovequez, era M^a CC^a XXXVII.

22. Obiit Petrus tio, era M^a CC^a LXIX.

23. Obiit Gundemarus, presbiter et monachus.

24. Obiit Nicholas Osmundi, canonicus, era MLXXXVIII.

25. Obiit famulus Dei Vermudus, era M^a CC^a IV. — Obiit Petrus Roderici, filius comes Roderici, era MCCXVIII. — Obiit Gundisalvus Gundisalvi, era MCCXCVIII. — Obiit Gundisalvus Petri de Cortes, era M^a CCXXXIII.

26. Obiit Munio, abbas Valencie (*sic*) (Valerance?), era MCXXIV.

27. Obiit Sebastianus, presbiter, era M^a C^a LXIII. — Obiit Ferdinandus Andree, era M^a CC^a XLIX.

MARZO

2. Obiit Simon prior, era MCLII.
6. Obiit dompnus Petrus de Castro, presbiter, era MCCX. — Obiit dompnus Belasius, presbiter, era MCCLII.
7. Obiit Martinus frater, era MCXL, et Flaco, presbiter. — Obiit Petrus Petri, diachonus et canonicus, era MCCXXXIII.
8. Obiit Urraca regina, era M^a C^a LXIV. — Obiit bone memorie Garsias episcopus de Contreras, era MCCXLIX.
9. Obiit Dominicus Petri, diachonus et canonicum, era M^a CCXXI. — Obiit Petrus Didaci, precentor, era MCCLXVIII.
10. Obiit Petrus, abbas Franduensis, era MCXVIII (MCCXVIII?).
12. Obiit Vincentius frater, era M^a C^a XL. — Et Michael de Ribilla, presbiter, era M^a CC^a I^a. — Obiit Johanes de Pradano, era M^a CC^a LXIV.
13. Obiit Martinus Armellez, era M^a CCXXII.
14. Obiit Vincentius, archidiaconus, era MCLXXIV. — Obiit Johanes Beltrani, diaconus canonicus, era M^a CCLXX.
15. Obiit Petrus de Oca, era M^a CCXLVII et uxor eius Maria.
16. Obiit Dominicus, presbiter. — Obiit Rodericus Mauri, filius Petri Mauri iudicis, era MCCLVIII.
17. Obiit Ferdinandus Sancii, era MCCLV^a. — Obiit bone memorie Symeon episcopus, era M^a CXX.
20. Obiit Dominicus conversus.
21. Obiit archidiaconus Ferdinandus, era MCCXXVII. — Obiit Dominicus de Ámievas, era MCCLXIII. — Obiit uxor Johannis Almericii.
22. Obiit Petrus Martini, presbiter, era MCLXX.
23. Obiit dompnus Rinaldus, era MCCLXXIII et uxor eius Maria Petri.
24. Obiit Petrus prior; orate pro illo, era MCCXXII. — Obiit Maria, uxor Garsie iudicis, era M^a CCXLIV.

26. Obierunt Petrus Guterrii, presbiter, et soror eius Maria, era MCLXXIV. — Et Maria Arnaldo, era MCCXIV. — Obiit Petrus Offre, filius Offre Blandel, era MCCXV.

27. Obiit Johanes fidelis, era MCLXXI. — Obiit archidiaconus Matheus, era MCCLXVII. — Et Guillelmus Joiquel, era MCCLVII. — Era MCCXXX obiit dompnus Gundisalvus, diaconus de comunal, precentor.

28. Obiit Johanes de Villayuda, presbiter, era MCCVIII.

29. Obiit magister Nicholaus, decanus Segobiensis, era MCCXCVI.

30. Obiit Johanes puer.

31. Obiit Petrus Palmerus, era MCCXLI.

ABRIL

2. Obiit Belasius, era MCXVII. — Obiit dompna Celi-na, uxor Ordonii sellarii, era MCCXXXII. — Et Martinus Pelagii, diachonus de vico S. Petri, era MCCXLVIII. — Et Gundisalvus de Quintanella Muno Cisla, era MCCLII.

3. Obiit dompna Elvira, repotis Mathei archidiaconi, era MCCLVII.

5. Obierunt Leo presbiter et Petrus Didaci de Peral, era MCLXXXIX. — Et Hugo, filius de don Liazar, era MCCXLIX.

6. Obierunt Rudericus Gundisalvi et Alvarius Nunez, era MCLII.

7. Obiit Paulus sacrista, era MCCIX. — Obiit Emilia-nus, subdiaconus, era MCCXII.

8. Obiit Johanes Cidez, presbiter, era MCCXII.

9. Obierunt Petrus, presbiter, era MCLX, et Rodericus Dominici, era MCCVI.

10. Obiit Petrus, subdiaconus, era MCL^a?

11. Obiit Dominicus Munionis, presbiter, era MCLXXXIV, et Johanes Sebastiani et mater eius; oratione pro illis; era MCCXXII.

12. Obiit dompna Stephania, uxor Petri Sarraceni

iudicis, era MCCLXIII. — Obiit Stephanus Ramiri. — Obiit dompna Peronella. — Obiit Johanes, prior, era MCLI. — Obiit bone memorie Petrus, Oxomensis episcopus, era MCCLXXXIV; aniversarium eius in domibus suis quas ipse edificavit. — Obiit Guillermus, presbiter.

14. Obiit Petrus, diaconus, era MCXXXV. — Obiit Johanes Saturnini, era MCCXXXI.

15. Obiit Munius de Contreras, canonicus, era MCCLXXIV.

16. Obiit Gundisalvus Petri, prior, era MCCLXXVII. — Obiit Dominicus Falcone, presbiter, era MCLXIV. — Obiit dompna Sancia, filia Petri Cari, uxor Ordoni iudicis, era MCCLXXIII.

17. Obiit Garsias subdiaconus, era MCLXXVIII.

18. Obiit Johanes, presbiter et monachus, era MCXXXVIII. — Obiit Ferdinandus, precentor, era MCCXLIV.

